This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Slav 5430.8.5

Harvard College Library

FROM THE GIFT OF

WILLIAM ENDICOTT, JR.

(Class of 1887)

OF BOSTON



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRONICON POLONORUM

Digitized by Google

Digitized by Google

RES GESTAE

PRINCIPUM et REGUM POLONIAE

PER

VINCENTIUM (KADLUBKONEM)

SAECULO XII. et XIII. EXARATAE;

quibus accedit

CHRONICON POLONORUM

PER DZIERSWAM,

SAECULI XIII. SCRIPTOREM, COMPOSITUM

EDITIO REPETITA

Ad fidem codicum, qui servantur in tabulario Societatis Regiae philomathicae Varsaviensis.

PARS I.

VARSAVIAE

in Typographia Congregationis Scholarum Piarum.

1824.

Digitized by Google

Slav 5430.8.5

Harvard College Library
Nov 18, 1912
Gift of
William Endicott, Jr.
(2 vols. in 1)

Wolno Drukować

d. 27 1823.

w Z. D. J. Surowiecki.

Digitized by Google

PRAEFATIO EDITORIS.

I. Innumera fere exemplaria Codicum MS. Historiae Polonorum Vincentii Kadłubkonis Episcopi Cracoviensis non tantum in Bibliothecis Publicis sed etiam in Privatis olim extitisse, Ossoliński (1) ex sententia Dlugossii coniicit „quod „quidem, inquit, non accidisset, nisi „universaliter cum avida curiositate „perquirerentur„ et ideo putat neglexisse Typis eam evulgare usque ad Annum 1612: Quam primam editionem summopere reprobans, inculpat Editorem

(1) *Historyczno krytyczne wiadomości* Tom II. pag. 427 et pag. 478. Item *Vincent. Kadłubek ein historisch kritischer Beytrag zur Slavischen Litteratur.* Warschau 1822.

Digitized by Google

„ torem his verbis: Etsi codicem suum „ Herburtus incuria non vitiavit, do- „ lendum est, quod in tanta Codicum „ copia correctiorem non elegerit; et „ summe reprobandum, quod eum cum „ aliis non contulerit. „

Unde exclamat eruditus ille Polonus: „ nunc ergo! nunc, renascente „ zelo inquirendarum Antiquitatum „ Patriarum, utinam aliquis nostro- „ rum producat nobis genuinum Tex- „ ti exemplar ex superstitibus ad- „ huc Codicibus! maxime enim id „ interest Historiae Polonorum, cui „ minus utiliter incumbitur si a re- „ censione critica priscorum Autho- „ rum (qua maxime egemus) non or- „ diamur. „

Autographum Historiae Vincentianae (quatenus testimonium Załuscii Episcopi valet) reperiebatur in Bibliotheca Załusciana, sed hoc solummodo ex Cathalogo Codicum MS. ejusdem Bi-

Digitized by Google

bliothecae novimus. Inter Codices autem hucusque memoratos (2) Codex

Bi-

(2) Enumerantur ab Ossolinio exemplaria MS. Historiae Vincentianae hucusque cognita, scilicet.

Jn Bibliotheca Załusciana tria, quorum unum Załuski Episcopus Kijoviensis Autographum existimabat: caetera recentiora esse Cathalogus Codicum MS. ejusdem Bibliothecae tradit.

Vratislaviae in Bibliotheca S. Elisabethae exemplar An 1441 conscriptum, similimum editioni Dobromiliensi reperiri, Georgius Bandtkie testatur.

Jn Bibliotheca Universitatis Cracoviensis octo Exemplaria Saeculo XV. conscripta idem Bandtkie enumerat, Codici Vratislaviensi ut inquit (et proinde Editioni Dobromiliensi) similia.

Bibliotheca Pulaviensis sex exemplaria continet, non summae, ut opinor vetustatis, nam ipse Czacki (cum cujus Bibliotheca eodem translati sunt) nunquam vetustiorem Codicem (quam Saeculi XV.) se vidisse declaravit.

Varsaviae in Bibliotheca S. Crucis Congregationis Missionis reperitur exemplar Anno 1451. conscriptum, cum amplissimo et emendatissimo Commentario.

Exemplar vero Bibliothecae Caesareae Vindobonae per Georgium Bandtkie visum ex ejusdem relatione recentissimum esse videtur.

Digitized by Google

bliothecae Societatis Philomathicae Varsaviensis certe est antiquissimus. (3).

II. Codex iste (*Kuropatnicianus* dictus) conscriptus est in pergameno (in 4to) studiose correcte et eleganter, charactere lectu facili, partim for-

---

Denique Codex MS. Bibliothecae Societatis Philomathicae Varsaviensis, de quo agitur.

Accedunt exemplaria ab Ossolinio et Bandtkio non commemorata: videlicet duo in Biblioteca Universitatis Varsaviensis, tertium Comitis Josephi Sierakowski, quartum Comitis Titi Działynski An. 1400. scriptum.

Ex ejusmodi notionibus ausim inducere distinctionem eorundem Codicum in *Librarios* et *Scholaticos*; scilicet dixerim, *Librarios* Codices exemplaria uno tenore, sine Synonimis et commentariis scripta, Bibliothecis destinata, sicuti codex Societatis Philomaticae, Sierakovii et Działynscii! exemplaria vero large conscripta, Synonymis inter lineas onerata, et Commentariis illustrata, quasi unice ad usum Magistrorum et Auditorum accommodata, Scholasticos nominaverim.

(3) Descripsit eum, Praesul Prażmowski in dissertatione: *Wiadomość o naydawnieyszych Dziejopisach Polskich.*

Digitized by Google

ma dialogi, partim continuo discursu, sine divisione (in recentioribus exemplaribus usitata) in Libros, Epistolas, aut Capita; explicit verbis Polonico idiomate: *Jako Bóg day* (scilicet *amen.*) Caret inscriptione seu titulo Libri et nomine authoris: nam inscriptio illa, *Chronica Vincentii Kadłubkonis Episcopi Cracoviensis Professi Andrejoviensis*, in margine superiori (paginae primae) formam Codicis exorbitans certe recentior est. Appendix autem: *vidit Vincentius qui scripsit haec etc*, (*) non authoris sed Librarii seu scribae censeri debet.

Hunc igitur Codicem in usum publicum Typis divulgandum duximus. Manu propria transcriptum cum aliis Codicibus MS. (qui Varsaviae extant (4) nec non cum editione Dobromilensi contulimus: Et quamvis autem

(*) Pars II, pag. 84.

(4) Bibliothecae Universitatis Varsaviensis, Comitis Sierakowski, Comitis Działyński et Bibliothecae Congreg. Missio. Vars.

Digitized by Google

ille scriptus sit sine ulla divisione, visum tamen nobis est contextum ipsius in duas partes dividere; scilicet in Colloquium et Fragmenta;

Cum autem de sumptu impressionis ageretur, non defuerunt Illustres Viri, Zelo Litteraturae Patriae non minus quam Dignitatibus in Regno Poloniae eminentes, qui illum munifice largiri dignati sunt. Quorum nomina, associata Famae Authoris, comitentur Historiographum suum ad gratam Posteritatem! videlicet

Comes Zamoyski Princeps Senatus.
Praesul Koźmian Senator.
Comes Vincentius Krasiński, Palatinus Senator, ac Exercituum Generalis.
Stanislaus Stasic, Minister Status.
Comes Ludovicus Pac, Generalis Exercituum.
Comes Josephus Sierakowski, Consiliarius Status.
Niemcewicz, Secretarius Senatus.
Comes Titus Działyński.

III.

Digitized by Google

III. Quamvis Librarius quidam (ut diximus) Authorem hujus Historiae indicavit, nominans eundem breviter *Vincentium*, quem Dzierswa et Baszko Episcopum Cracoviensem fuisse memorant; tamen Commentarius operis diversas Tituli lectiones referens,(5)nonnullam ambiguitatem de Authore sparsisse videtur, quam Długossius (cujus sententia praevaluit) omnino tollit, dicens in Historia Polonorum

(5) Titulus autem, sicuti aliquotiens in principio istius Chronicae reperi, ponitur iste: „ Chronica de gestis Principum Poloniae, „quam Lector sciat esse editam a Matheo „quondam Cracoviensi Episcopo, in qua per „modum dialogi in colloquendo cum Joanne „Archiepiscopo Gnesnensi tres libros edide„runt, quartum autem addidit Vincentius Epi„scopus Cracoviensis. „

Secundum autem alios (et videtur verius) ponitur ista titulus„ Chronica Vincen„tiana de gestis Illustrium Principum et Re„gum Poloniae„ dicitur in Titulo *Vincentiana* ajunt enim quidam Vincentium quondam Episcopum Cracoviensem hujus operis esse Authorem, qui cum fuisset verus cultor humilitatis nomen suum subticuit.

Digitized by Google

sub Ao. 1223 „ Qui cum Episcopalem „ Cracoviensem adhuc rexisset Cathe- „ dram, de Rebus gestis Patriae edidit „ Chronicam, quae incipit: *Tres tri-* „ *bus de causis Theatrales oderunt* „ *solemnitates.* „

IV. Sed longe ante Episcopatum Vincentii Kadłubkonis, imo in juventute Authoris, vivente Principe Casimiro, potiorem partem operis conscriptam et editam fuisse patet ex sequentibus.

In Praefatione enim inquit Author „*Veras Patrum Effigies de sinu oblivionis, de ebore antiquissimo jubemur excidere.... Intellexit nimirum stre-*

Secundum vero alios iste ponitur Titulus: „Chronica de gestis Illustrium Principum et „Regum Poloniae, per Joannem Gnesnensem „Archiepiscopum et Matheum Cracoviensem „Episcopum per modum Dialogi edita„ et hoc est verum luculenter quo ad primos tres libros, quos ipsi loquentes inter se permodum dialogi scriptotenus ediderunt. *Commentarius in Prefatione.*

Digitized by Google

strenuissimus Principum,(6) *omnimodae strenuitatis experimenta, omnimoda honestatis insignia, ex majorum exemplaribus, velut ex quibusdam speculis, resultare.*

Avitarum itaque virtutum Posteris dilargiens participium, mihi scriptori calamo fragili, axi arundineo, humeris Pygmei, onus imposuit Athlanteum.

Quia igitur stultum est luctari cum onere quod declinari non potest, enitar pro viribus.„

Scripsit ergo de Rebus gestis Regum et Principum Poloniaee praedecessorum Principis Casimiri, forma *Colloquii*

(6) Strenuissimus, id est Princeps Casimirus. Ossoliński pag. 381 et 475 inquit „ Commentarius Historiae Kadłubkonis non in uno loco affirmat, scripsisse Eum mandante Principe Casimiro, quod ipse Author pag. 22 et 386 fatetur; nemo huc usque advertit locum illum. *Vide igitur Casimire!* „

Digitized by Google

loquii (7) plerumque antiquitus usitata! Fingit (8) *se meminisse (*) Collocutionis mutuae virorum Illustrium..... Disputabant inquit J. et M.* (9) *ambo grandevi, ambo sententiis graves, de hujus Reipublicae origine, progressu et consummatione.* (10).

---

(7) Forma Colloquii „ Genus hoc sermonum positum in veterum hominum authoritate, et virorum Illustrium, nescio quo pacto videtur habere plus gravitatis: itaque mea legens sic afficior interdum, ut Catonem, non me loqui existimem „ *Cic. Lib. de amicitia.*

(8) „ Nullatenus enim probabile est, Kadłubkum Colloquio Joannis et Mathei adstitisse, et scripsisse, qui in adolescentia ejus et longe ante Principatum Casimiri, teste Długosso, decesserunt. Ossoliński pag. 385.

(*) *Par. I. pag.* 1.

(9) In Codice, quo utimur, interlocutores semper initiali tantum litera designantur, excepto loco pag. 223, ubi M. dicit ad J. *erat enim ejusdem Sanctae Gnesnensis Ecclesiae, cui Tu praesides Archipontifex.*„

(10) Consueverat Casimirus assistere ejusmodi disputationibus, at Author in Parte II. pag. 30. refert.„ *Scitis quo pacto stipatur interim Literatissimorum lateribus altrinsecus.... cum his nunc Sanctorum exempla Patrum, nunc Virorum gesta Illustrium vicaria relatione retractat.*„

Digitized by Google

Eandem fictionem prosequitur in Epilogo Colloquii; *aderat* (*) inquit, *quidam vernaculus;* (11) *atramentarium gestans cum calamo, ac fumantem demungens faculam* (12). *Hic universas convivii* (13) *pensiones fidelissime compendio cautionis* (14) *adnotabat.... Totus diriguit ille clientulus.*

Redactis igitur in formam Colloquii, quae alii de gestis Majorum tradide-

(*) *Pars I. pag.* 303.

(11) Vernaculus, id est adolescens„ Rex Darius fecit caenam omnibus vernaculis suis„ Esdr. Lib. III. Cap. 3.

(12) Epheborum servitia.

(13) Convivii „Bene enim Majores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitae conjunctionem haberet *Convivium* nominarunt: melius quam Graeci, qui hoc idem tum Compotationem tum Concaenationem vocant; ut quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur. Ego vero propter sermonis delectationem tempestivis quoque conviviis delector.„ *Cic. Lib. de Senectute.*

(14) Compendium Cautionis. „Cautio est brevis recordationis autographum seu scriptum.„ *Commentarius.*

Digitized by Google

runt, transit author ad descriptionem rerum sui temporis ita praefatus: *cujus supputatione solertius dispecta Praeses epulantium* (15) ait: (*) *Euge Frugi!* (16) *euge vernacule!* (17) *qui tam cautionandi cales industria, ut nihil de commisso tuae dispensationi stipendio aut deperire sinas, aut in sinu oblivionis relabi permittas: Res ad praesens postulat* et *ratio exigit*, RATIONALITATIS OFFICIO *Te debere insigniri. Esto deinceps unicus et singularis hujus Reipublicae* RATIONALIS! (18) *Quidquid ergo instantis Propositi* 19) *Personis Dignitatibus officiis negotiis*

(15) Preses epulantium scilicet Convii, Princeps Casimirus.

(*) Pars I. pag. 303.

(16) Frugi „ Antiqui servum laudare volentes dicebant frugi, tanquam sobrium, utilem, necessarium „ *Calepini Lexicon.*

(17) vide supra (11)

(18) Rationalis, id est Chronographus: juxta explicationem Commentarii.

(19) Instantis propositi, idest Temporis praesentis.

Digitized by Google

gotiis estimaveris concedere, Tuo munere dispensetur, Tuis cautionibus adnotetur! „

Proinde alteram partem operis, scilicet de Principatu Casimiri et de gestis instantis propositi conscripsit et edidit (20) vivente adhuc Casimiro; Quem superstitem bis ibidem alloquitur, scilicet „ *vides igitur Casimire* (*) *quot Creatori, quot Ejus Matri debeas! Qui Te non tam defensare quam irradiare tanto dignati sunt miraculo!* „ Item „ *Non vides evidentissimam Casimire* (**) *Numinis praesentiam? En Urbem!* „

Sed tantum aliquot annos priores Principatus Casimiri in hac parte per-

(20) In editione Dobromiliensi incipit hic Liber quartus Historiae Vincentianae, de quo censuit Ossoliński pag. 385. „ Liber hic non debet tribus primis adnumerari, sed considerandus est ut Opus separatum et in ordine Historiae alterum. „

(*) Pars II. pag. 59.

(**) Pars II. pag. 77.

Digitized by Google

strinxit: nam narrationem suam tantum ad concordiam ejusdem Principis cum Fratre Mescone sene perduxit. Quam concordiam ante An: 1182. conciliatam fuisse, patet ex sequenti textu Authoris *Plurimum vero liberandis profuit viri clarissimi Oratio, Perinsignis Petri Archipontificis* (*) *Cum enim omnibus pene fixa staret sententia vel exiliis distrahi, vel ergastulis captivos debere includi, aut exquisitis exponi suppliciis*, Non sic Filii non sic! etc: *Omnes itaque* (**) *cum omni suorum incolumitate Casimirus remitit.*

Quoniam vero Petrus Archiepiscopus, secundum Długossum An: 1182, secundum alios An: 1179 decessit; igitur Author narrationem suam terminavit, non solum vivente Casimiro, ut supra diximus, sed etiam initio Principatus ejusdem circa An: 1179 vel An: 1182; vivente adhuc Petro Archiepiscopo.

(*) Pars. II. pag. 80. (**) Ib. pag. 84.

Digitized by Google

Quod plane convenit aetati Authoris, qui se juvenem ingenue profitetur, inquiens in Praefatione: *Non enim adolescentularum inter Musas collascivire choris* Diones,.... (21) *non umbratiles palustrium cannarum arundines.... non puppas fictiles.:. jubemur etc*: quae Viro maturo et authori gravi improprie etiam dicta minus conveniunt.

Ibidem declarat se et *bellicis inter haec tumultibus insudare*; quod a Praesule aut Monacho alienum est.

Etiam in Epilogo Colloquii de se ipso fingit dicens: *aderat quidam vernaculus, atramentarium gestans cum calamo, ac fumantem demungens faculam*, quae servitia Epheborum sunt, non officia Episcopi.

Denique familiaris illa Praesidis

(21) Diones, potest legi *Dionisii* scilicet Bacchi vel Diones i. e. Veneris, ut Ovid. A. A. III. 3. et 769.

Digitized by Google

epulantium exclamatio: *Euge Frugi! euge Vernacule!* ficta an vera, indecens foret Praesuli tantae Eminentiae qua fruebatur, iam illo tempore, Episcopi Cracovienses, neque Monachali etiam humilitati prudentis authoris congrua.

Jlle quoque Librarius qui, ut opinor, subscripsit operi: *vidit Vincentius qui scripsit haec*, neque Cognominis neque Dignitatis ejusdem Vincentii mentionem fecit, quod profecto non omisisset, si opus, quod transcribebat, non fuisset longe ante Episcopatum Authoris editum.

V. Fragmentum de Principatu Casimiri, continuo sequitur alterum de Principatu Lesconis Albi, Filii ejusdem. Post longam (fere quindecim annorum) interruptionem narrationis de gestis Casimiri, resumpsit Author descriptionem belli Pollexiani; quod bellum mortem subitam ejusdem Principis, modicum praecessisse constat ex

Digitized by Google

illis verbis: (*) *cum Triumpho ad propria revertitur, ubi non sui victus torpore, sed suorum persuasus lassitudine, aliquantisper otio indulget.*

Quoniam fragmentum hoc desinit abdicatione Lesconis Albi et adventu Cracoviam Vladislai Laskonogi; (quae Anno 1203. contigerunt) patet conscriptum fuisse post eundem annum, scilicet amplius viginti annis posterius quam precedens de Principatu Casimiri. Imo etiam post Annum 1205; nam de Rebellione Romani Ducis Haliciae mentionem facit his verbis: (**) *Quod beneficii qua tandem gratiarum devotione Polonis rependere studuit* (Romanus) *suo loco docebitur*: quam quidem rebellionem Lesco Albus, ut aliunde notum est, post abdicationem Principatus (cum interim esset Dux Sandomiriae et aliarum Terrarum) gloriose Anno 1205 suppressit.

(*) Pars. II. pag. 92.
(**) Ibidem pag. 127

Digitized by Google

VI. Inter haec Fragmenta incidunt duo Capitula, quae sicut annexa vel Adnotationes ad praecedentia consideramus: scilicet Apologia Petri Archiepiscopi, et Nicolai Principis Sacri Palatii. (*)

In primo alloquitur superstitem etiamnum Praesulem.

Non bene te noscis, bona si quae forinseca poscis
Omnibus omnifluo dives in Orbe Tuo
Te genus extollit, beat Ordo, Potentia ditat
Nobilius virtus Te tua nobilitat.

altera continet defensionem Nicolai, et videtur referri ad superiorem locum pag. 72. et sequ.

VII. Expositis quae de Codicibus M. S. (§ 1) de authore, (§ III.) de tempore scriptionis, (§ IV) et de partitione Historiae Vincentianae probabilia videbantur, superest, ut Judicium

(*) Pars II. pag. 85.

Digitized by Google

Eruditorum virorum de justo pretio ipsius operis referamus.

Et primo Commentator operis inquit in Praefatione „ Chronica Vin-„ centiana inter caeteras precipua, in „ Historiis verissima, in serie ver-„ borum prediserta, aureas Patriae „ nostrae (Poloniae) columnas, veras „ Patrum nostrorum Effigies origina-„ liter edisserens, ac tumultus belli „ divina luce ordinatos scalatim enu-„ cleans... Intentio (authoris) est, di-„ cta et facta memoratu digna Prisco-„ rum Polonorum in scriptis seriatim „ redigere, et Polonos succedentes „ seu succedaneos, ad res Militares „ strenuos virtuosos et honestos pro-„ vocare. Subordinatur autem notitia „ praesentis operis parti Philosophiae „ Ethicae seu morali: propter hoc „ enim veterum exempla strenua et „ honesta referuntur, ut postea Ipsi „ suorum vestigia sequantur... Cau-

Digitized by Google

„ sa autem finalis *intensiva* est cogni-
„ tio gestorum Illustrium Princi-
„ pum et Regum Poloniae, *extrinseca*
„ vero est finis propter quem studet
„ isti Chronicae; ut propter urbani-
„ tatem et eloquentiam, vel propter
„ scientiam, per quam possit vitia re-
„ pudiare et amplecti virtutes, per
„ quas valeat devenire in beatitudi-
„ nem. „

Długossus autem sub Anno 1223.
„ Quam (*chronicam*) sic accurate cogi-
„ tateque perscripsit, ut ad prisco-
„ rum laudem maxime accesserit, quos
„ tantopere admiramur. Multa de ex-
„ teris gestis, plura quam de Propriis
„ perstringens, per varia Historiarum
„ quidquid concinnum et aptum
„ Polonis fuit, pulcherrima varietate
„ intexuit: quae a multis Polonorum
„ celebrantur et leguntur, et ob varie-
„ tatem tam Domesticae quam Pere-
„ grinae Historiae, et ob elegantiam

Digitized by Google

„ scriptionis gravitate verbbrum non
„ vulgarium referta; licet carpatur a
„ quamplurimis quod verbosus fuerit,
„ alienarum Historiarum diligens,
„ propriorum negligentior scriptor.

Herburtus „ Latinitas non pro-
„ batur, inquis? Sane et mihi;... vitium
„ Kadłubkonis non est, aetatis est.
„ Pone Tibi prae oculos omnes omni-
„ um gentium scriptores circa Annum
„ millesimum, statues nostrum inter
„ illos Tullium esse .... loquebatur illa
„ lingua, qua tunc omnes elegantissi-
„ me..... Certe nisi Leonem X. et Fran-
„ ciscum I. benignum literis Numen
„ dedisset..... et nunc in iisdem tene-
„ bris vixissemus. (*)

---

(22) Eandem indulgentiam Benevoli Lectoris precatur etiam scriptor istius Praefationis, qui necessitate praemittendi nonnulla, quae expositione egebant, coactus, ausus est uti sermone, quo ab annis supra quadraginta loqui et scribere desuevit.

Digitized by Google

Porro inter recentiores Criticos acer vindex Historiae Vincentianae extitit Ossoliński, qui in Dissertatione supra citata partes ejusdem fortiter sumpsit contra Criticos Saeculi praeteriti, ubi inter alia inquit pag. 478. „non sine indignatione legitur „Dissertatio illa *de vetustioribus Historicis Polonis* ubi Czacki contra „Kadłubcum debacchatur: unde non „miror, alios etiam eandem cantilenam decantantes„

Digitized by Google

DE CHRONICA DZIERSWAE.

Warszewicki primus est, quantum quidem novimus, qui in *Dialogo de Origine, Gentis et nominis Poloni*, fecerit mentionem *Mierswae* seu *Dzierswae*, quem vetustioribus Historicis Polonis adnumeravit: unde Js Hartknochio, Braunio et caeteris innotuit: opus tamen Jllius latuit incognitum usque ad nostra tempora, doneo Comes Kuropatnicki obtulisset Societati Philomathicae Varsaviensi Codicem M. S. Saeculi XV. cum inscriptione: *Ego qui Dzierswa sum cognominatus*, ex quo repertum est, Chronicon typis impressum Gedani anno 1749. ex codice M. S. Szamotulii, et ab Editore Vincentio Kadłubconi attributum, idem esse cum hoc de quo agimus.

Digitized by Google

Cum autem de eo ejusque Authore variae sint sententiae; et quidem Lengnich et Semler (qui Codicem Kuropatnicii non noverant) Vincentio Kadłubconi eundem attribuant; Ossoliński vero et Prażmowski Epitomen Vincentianae Historiae esse censeant; operae pretium duximus subjungere eundem praesenti Editioni, ut ex collatione utriusque Ipse Lector controversiam commodius dirimere queat: et quoniam Codex Kuropatnicianus longe correctior est codice Gedani edito (de quo etiam Ossoliński et Prażmowski conveniunt) ideo illum edendum praetulimus.

Ex ejusmodi comparatione, quamvis praevalet Illorum opinio, qui Dzierswam abbreviatorem Vincentii dixerunt, Ipse tamen Author (praesertim in parte ex Colloquio transcripta) nullibi id fatetur; imo passim citat aliorum Authoritates, videlicet *Chronicas*

Digitized by Google

Romanorum: *annales Polonorum* et *Librum de passione S. Stanislai*, nullibi Historiae Vincentii mentione facta. Tandem in excerpto Fragmenti de Principatu Casimiri, non omisit inscriptionem illam: *vidit enim Vincentius* etc: imo quidem addidit Cognomen et Dignitatem ejus, scilicet *Kadłubkonis Episcopus Cracoviensis.* Unde sequitur, Dzierswam opus suum, tempore quo Vincentius Ecclesiam Cracoviensem regeret, confecisse. Sin secus, fecisset etiam (ut opinor) mentionem gloriosae abdicationis Episcopatus.

Historiam tamen Vincentii non est prosecutus usque ad finem: desiit anno 1198. post substitutionem Romani in Ducatu Haliciensi. Nam caetera quae in utroque Codice M. S. Dzierswae sequuntur, Annales sunt particulares Terrae Cracoviensis: de quo ipse Annalista (quidam, ut videtur

Digitized by Google

Monachus ordinis S. Francisci) convenit, dicens: „ demissis namque aliarum partium Principibus, de Cracoviae tantum Principibus loqui „ volo; „ Qui annales incipiunt ab An: 1205 et terminantur in Anno 1288. uti videre licet in Editione Gedanensi pag 30, et sequentibus.

Digitized by Google

ERRATA PARTIS I.

P. 2. v: 4. *nam* lege enim.
P. 5. v: 18. *aureos* — arcemur.
P: 5. v: 5. *infligitur* — infligit.
P: v: 13 *eardus* lege carduus.
Jibidem nota *Jlle C. M. man.* lege Jlle! juxta alios Codices.
P: 18 v: 13 *salus* lege salute.
P: 30 v. 8. *venerentur* l: veneremur.
P. 16. 7. *ulnus* l: unus.
P. 39. v. *vere* l: ut nunc.
v. 17. *nec non* l: nec vero
P. 41. v. 1. *fortium* l: fontium
P. 42. v. 10: *deserunt arbitriis* l: deferunt arbitrio
P. 42. v: 13 *decertamus* l: decertemus
P. 48 v: 9 *mementaneus* l: momentaneus
P. 49 v. 5 *tantum* l: tamen
v: 8 *Thyroum* l: Thyriorum
P. 33. v: 3 *parvulas* l: parvulus
P. 57 v. 15 *felicitasit* l: felicitatis
P. 60 v: 4 *laboret* l: laborat
P. 62. v, 14. *falce* l: falsae.
P. 74 v: *despresior* l: despressior
P. 77 v: *dilebandis* l: delibandis
P. 83 v: *navalus* l: nanulus
P. 90 v: 31 *lavalis* l: lavare.
P. 99 v: 21 *Jmperti* l: Jmperii
P. 117 v: 7 *livoris* l: vulneris
P. 118 v: 4 *Regiae* l: Regia
P. 119 v: 6 *penuasis* l: penuasi
v: 19 *pendere* l. pondere
P. 124 v: *exquisitissimas*, adde: gemmarum
v: 12 *precipitatur* l: precipitat
P. 134 v: 16 *aggeditur* l: aggreditur
P. 142 v: 11 *vente* l: vento
p. 151 v: 9 *nunima* i: numina

Digitized by Google

v: 16 *sepius* l: eminus
v: *erat* adde: enim
P. 156 v. *conrordice* l: concordiae
P. 158. v: 2 *omino imprudentia* l: omnes imprudentiae
P. 159 v: 6 *aggreditur* l: congreditur.
P. 170 v: 21 *computare* l: computant
P. 178 v: 9 *tamenì* l: tantum
P. 183 v: 16 *extra* adde: castra
P. 190 v: 25 *transfigat* l: transfigurat
P. 164 v: 24 *incedium* l: incendium
P. 199 v: 7 *probis* l: probris
P. 201 v. 13 *privatibus* l: primatibus
P. 203 v: 2 *contingenticut* l: contingentibus
v: 11 *pleclitur* l: plectitur
P. 207 v: 10 *dimeverat*, l: dimoverat
P. 243 v: 9 *munero* l: numero
P. 249 v: 16 *vita* l: vitae
v: 17 *debero* l: debere
P. 250 v 2 *occupantur* l: aucupantur
P. 259 v: 1 *pompaneva* l. pompa
P. 264 v: 28 *primext* l. primi ex
P. 296 v: *stitis* l: stipitis.

ERRATA PARTIS II.

Pagina 2 vers 10 *Faminea* lege Faeminea
— 8 — 27 *apocrisiarius*: apocrypharius
— 27 — 10 *offici* l: officii
— 57 — 22 deleatur *Semmanorum* Princeps
— 61 — 6 *Paeccavi* l: peccavi
— 64 — 9 *amorum* l: armorum
— 69 — 4 *Quia Beda* l. Qui à Bela
— 88 — 11 *facricas* l. fabricas
— 103 — 24 *et electio* l: est electio

Verba addicta ex aliis codicibus M: S.
in Parte I. pag. 145 *Judith.* p. 153 *Vratislavienſis* p. 154 *are salve* p. 262 *cyclos.*
in Parte II. p. 42 *Bneseie Droshiczyn* p. 44 *scilicet podwoda.*

Digitized by Google

CHRONICA
VINCENTIANA
DE GESTIS
ILLUSTRIUM PRINCIPUM
ET
REGUM POLONIAE.

PRAEFATIO AUTHORIS.

Tres tribus ex causis Theatrales oderunt solemnitates: primi nomen Codrus, secundi Alcipiades, tertii Diogenes. Codrus quia pauper et pannosus habitu, Secundus quia specie perinsignis, Tertius quia et morum venustate conspicuus, et animi erat gravitate faecundus: primus ne ridiculam per se pauperiem omnium exponeret

Digitized by Google

ridiculo, secundus ne fascium excipe-
ret in se periculum, tertius ne Castis-
simam Prudentiae maiestatem scurili
prostitueret incestui. Maluit nam
Codrus aliorum sibi subtrahere spe-
ctacula, quam de se aliis despicabile
prebere spectaculum, quia nullum est
inter purpuras et pannositatem Sodali-
tii faedus: Elegit et Alcipiades potius
domi delitescere inglorius, quam for-
mae dispendio, de forma gloriari, quia
nihil tam naturaliter est conspicuum,
quod lippientis oculos non videatur fa-
scinare invidiae: rursus censuit Dioge-
nes Vulgi Consortia dedignari per pru-
dentiam, quia sanctius est solitudine
venerari, quam familiaritate contemni.

Et huius quidem pagellae rudis
Macies, jejuna ruditas ab Alcipiadis
est curiositate secura, superstitiosus
nam est fascium timor: non habet de-

Digitized by Google

formis quod de formae existimatione perdat! sed nec Diogenis nos (licet Divina) urget Sententia: quibus nec scillantis guttulam gratiolae *Providentia* indulsit: Codri duntaxat Codri veritamur imagine, cum publicis assidentium exposita insidiis nostra tenuitas, nec ettiam pannosum quo pudori consuleret habeat amictum! Non enim Adolescentularum inter Musas collascivire choris(*),sed Sacri Senatus asistere tenemur suggestui, non ut umbratiles palustrium cannarum harundines, sed Aureas Patriae Columnas; non Puppas fictiles, sed veras Patrum Effigies de sinu oblivionis, de ebore antiquissimo iubemur excidere: immo Divinae lampades lucis in Arce Regia Aureos appendere, et bellicis inter haec insudare tumultibus.

(*) Dionis *idest* Amoris, Veneris *juxtra alios Codices.*

Digitized by Google

Sed aliud est quod incircumspectione precipiti, quod ostentationis libidine, quod questus esurie presumitur: et aliud quod imperatrix obsequele necessitatis infligitur. Nonenim ea me scribendi cachetes exagitat, non ea Gloriolae instimulat Ambitio, non Lucelli rabies inflammat, ut post totiensexpertas pelagi delicias, post totiens enatata laborum naufragia, rursus in eisdem delecter sirtibus naufragari. Non nisi, namque asini palato prae lactucis sapit Cardus, nec nisi prorsus insipiens suavitate capitur insipida; sed injusta est iustae preceptionis declinatio.

Intellexit nimirum (*) Strenuissimus Principum omnimodae strenuitatis experimenta, omnimoda honestatis insignia, ex Maiorum exemplaribus ve-

(*) Ille C. M. Man.

Digitized by Google

lut ex quibusdam speculis resultare (Certius siquidem iter carpitur duce praevio, luce preambula, et venustior est Effigies morum quam venustas prefigurat exemplaris) Avitarum itaque virtutum Posteris dilargiens participium, mihi Scriptori calamo fragili, axi harundineo, humeris pygmeis onus imposuit Athlanteum: non alia forte persuasus ratione, nisi quod auri rutilantia quod gemmarum nitor, Artificis ruditate non vilescit, sicut et Sidera teterrimis Ethiopum demonstrata digitis non furnescunt; nec subtilis esse artificis si ferrum purgatur a rubigine, si aurum eliquatur a scoria.

Quia igitur stultum est luctari cum onere quod declinari non potest, enitar pro viribus, dum modo me Talium consectetur Comitiva, Qui huius

Digitized by Google

auspiciis itineris dulci corculo confaveant, Qui et casum in precipiti et labsum non mirentur in lubrico, Quorum aggratulatione socia, non onus sit oneri, nec dispendium videatur dispendio. In via enim iocunda Societas est viae vehiculum!

Illud denique apud Omnes precor esse impetratum, ne omnibus passim de nobis detur judicium, sed eis duntaxat, quos ingenii elegantia vel Urbanitatis commendat Claritudo: nec cui nos prius liceat despicere quam perdiligentissime dispexisse: non enim sapit Zinziber non masticatum! nec est aliquid quod in transitu delectet: sed est incivile re imperfecta de re iudicare: Qui ergo parce laudat parcius vituperet!

Digitized by Google

Colloquium.

(*) Quondam in hac Republica virtus quam veluti quaedam Caeli Luminaria non scripturae quidem membranulis, sed clarissimis gestorum radiis Patres Conscripti illustravere. Non enim plebei Aborigenes, non vendicariae Jlli principatae sunt Potestates; sed Principes succedanei, quorum serenitas licet nube ignorantiae obducta, videtur mira tamen rutilantia, quae tot Saeculorum tempestatibus extingui non potuit.

Memini siquidem Collocutionis mutuae Virorum Jllustrium, quorum tanto fidelior est recordatio, quanto celebrior viget authoritas. Disputabant namque J. et M. ambo grandevi ambo sententiis graves de huius Reipublicae Origine progressu et Consumatione. Cum

(*) Fuit: *juxta Codices alios.*

Digitized by Google

J. *Queso inquit mi M! Sub Quo nam acceptam estimabimus nostrorum Constitutionum infantiam? Nos enim hodierni sumus, nec ulla hesternitatis est in nobis cana scientia.*

M. Scis quod in Antiquis est sapientia et in multo tempore prudentia, Me vero in hac parte infantulum fateor, ut etiam utrum huius instantis simplex aliqua praecessit portiuncula prorsus non noverim: quod tamen per veridicam Maiorum narrationem addici non sileho.

Narrabat

DZIERSWAE CHRONICON POLONORUM

Ortum sive Originem Polonicae Gentis ab initio mundi. Ego qui Dzirswa sum cognominatus, talem in scripturis inveni.

Sciendum ergo est quod Poloni de stirpe sunt Japhet, qui fuit filius NOE, cui dum Pater benediceret, hoc Spiritu Dei instigante intonuit,, „Dilatet Dominus Japhet!

Japhet inter multos filios quos genuit, unum habuit, cuius nomen erat Iawanus, quem Poloni vocant Jwan.

Iawan.

Digitized by Google

Narrabat itaque grandis natu *Quidam* „ Infinitissimae numerositatis „ manum quondam hic viguisse, apud „ quos tanti Regni immensitas vix uni„ us meruit jugeris estimatione censeri. Adeo Illos non dominandi ambi„ tus, non habendi urgebat libido, sed „ adultae robur animositatis exerce„ bat, ut preter Magnanimitatem nihil „ magnum estimarent, ut suarum ac„ cessiones virtutum nullis usque ter„ minis limitarent. Nec enim essent „ virtutes si ullis dignarentur limitum „ ergastulis includi „

„ Hi etiam

Jawan autem genuit Philiram:
Philira autem genuit Alan:
Alan autem genuit Anchisen:
Anchises autem genuit Eneam:
Eneas autem genuit Astchanium:
Asthanius autem genuit Numam Pamphilium:
Pamphilius autem genuit Rea-Silviam:
Rea-Silvia autem genuit Alanum:
Alanus autem qui primus Europam intravit genuit Negno.

Negno autem quatuor filios genuit: cuius primogenitus fuit Vandalus, a quo Vandali qui nunc Poloni dicuntur orti sunt. Hic ex nomine suo, qui nunc Wysła vulgariter nuncupatur, Vandalum

„Hi etiam Transmarinorum fines
„ suae Titulis victoriae asculpserunt,
„ non solum enim Cismarinas undique
„ Nationes, sed etiam Danomalchicas
„ Jnsulas suae conjecerant ditioni,
„ quarum non invalidas legiones prius
navali-

---

dalum censuit apellari: nam et Mons de quo dictus fluvius, Wanda ab eiusdem nomine vocitatur. Fuit autem secundum computationem verisimilem circa tempora Joseph filii Jacob Patriarchae. Joseph enim a Computatione Noe fuit in tertia decima generatione. Sic et Wandalus per aliam lineam descendendo, Habuit quoque multos filios, qui generationibus suis ultra quartam partem Europae per Regiones et Regna semen suum multiplicando possederunt. videlicet tota Russia usque ad Orientem, Polonia maxima terrarum, et nunc Pomerania, Swecia, Suevia, Cassubiia, Sarnia quae nunc Saxonia dicitur. Bohemia, Moravia, Stiria, Carinthia Carniola, Sclavoniia quae nunc Dalmatia dicitur, Crowatia, Pannonia, Bulgaria et alias quam plures quarum multitudo propter prolixitatem subticetur.

Quae gentes in Regna multa ac fortia postmodum excreverunt et multas tandem Nationes exterminantes, earum regiones sibimet usurpaverunt. *sicut etiam reperitur in Chronicis Romanorum.*

Nunc autem obmittentes loqui de Regnis et nationibus diversis de semine Negnonis et Wandali procedentibus, ad Solum Regnum Poloniae stilum verto.

Est

Digitized by Google

„ navalibus fudere preliis, deinde in-
„ timis Jnsularum precordiis infusi
„ omnem sibi Clientelorum subiiciunt,
„ nationem Rege quoque Jpsorum
„ Canuto in vincula coniecto: quibus
„ scilicet Dacis duorum data est optio;
„ vel vectigales perpetuo recognoscant
„ pensiones? vel cum mulieribus indif
„ ferentes habitu comas muliebriter
„ enutriant? argumentum scilicet im-
„ becillitatis femineae! Jlli dum alter-
„ cantur de altero, utrumque suscipe-
„ re coguntur„

Minor tamen erat obsequelae recognitio quam ignominiae cauterium: prudentius enim famae consulitur quam parcitur divitiis: divitiae siquidem infamia possessae nomen divitiarum demerentur.

Huius

Est autem Polonia communiter dicta Regio rebus opulenta: in Partibus Orientis posita, ambitu spatiosissima, quamplurimis magnis Provinciis distincta, quondam famosissima Princeps Provinciarum et Domina. Haec olim multorum fuit Parens natorum quos proceritate staturae virium robore, aspectus venustate natura inibi est dotata.

Jn

Digitized by Google

„Huius vero Canuti nepos avitam
„ ulcisci volens, iniuriam in suos tran-
„ stulit ultionem quam ab hoste extor-
„ quere non potuit: quia enim Daci
„ prius cum Polonis deinde cum Bas-
„ tarnis male pugnaverant, ad ultio-
„ nem segnitiei, capturi Somnum, ca-
„ pita loco pedum ponere iussu Regis
„ coacti sunt, et ministeria uxoribus,
„ quae viris antea fieri solebant, face-
„ re, donec ignaviam bello acceptam
„ delerent„

Fama etiam est Gallos pene totius Orbis, tunc Regna occupasse, quorum multa millia, multis horum manus stravere conflictibus, reliquos diu afflictos

ad

Jn descriptione quoque suorum Annalium haec inveni: quod a dicto Wandalo Patre Polonorum usque ad tempora Regis Assueri, Hester mariti, Regem habere seu Principem Polonia non curavit; de Jpsorum etiam actis seu bellis usque ad dicta tempora nulla fit mentio, quia (Antiquitas temporis, negligentiae nutrix mater ingratitudinis) hanc delevit oblivio. Sed tamen quomodo Regnum Polonicae primo sit Ortum sic procedam.

Jn tempore siquidem predicti Regis Asveri (qui regnavit ab Jndia usque Ethiopiam super centum et viginti Septem Provincias) trecenta millia

ad sodalitii fedus compulere, ut si quid eis aut sorte aut virtute accessisset, aequa utriusque obtinegeret partitio. Gallis ergo universa cessit Graecia; Jstorum vero hinc usque Parthiam, isthinc usque Bulgariam, illic usque Carinthiam crevit accessio: scilicet Polonorum. Ubi post multos cum Romanis conflictus, post multa bellorum discrimina, Urbes occupant, Prefectos constituunt, Quendam nomine Cracum Principem creant. Sed tandem illius Gentis luxu segniter dissoluti, mulierum emmolliti seu proditi lascivia, Primores quidem veneno extingun-

---

lia Gallorum, ut ait Trogus, cum eos Patria sua capere non posset, ad sedes novas querendas terram propriam relinquentes, exierunt. Ex quibus portio in Italia consedit, Romam ceptam incendit: caeteros vero potius pene totius Orbis Regna occupasse.

Quod Poloni audientes copiosum contra Gallos exercitum congregant, Gracumpue Virum Nobilem et bellare scientem Capitaneum constituunt: multa milliia eorum multis stravere conflictibus, reliquos diu afflictos ad Sodalicii faedus compulere, ut si quid eis aut sorte aut virtute apud exteros accessisset equa utrosque contigeret portio, Gallis igitur cessit universa Grecia; Polonorum vero

guuntur, Caeteri jugo indigenarum substernuutur. Sicque omnium armis invicti, paucorum segnitie vincuntur!

J. *Nihil hic fictnm nihil simulatum: sed quidquid asseris verum est ac serium ex antiqua presumitur Jstoria.,, Galli enim ut ait Trogus, cum ,, eos Patria non caperet, CCC millia ,, ad sedes novas conquerendas, velut ,, ver Sacrum, miserunt: ex eis portio ,, in Jtalia consedit, quae Romam ,, captam incendit; alia per strages ,, Barbarorum penetrans in Pannonia ,, consedit; ibi victis Pannoniis, cum ,, finitimis multa bella gesserunt,, verisimile ergo ac certo certius est cum hac Eos Gente concertasse: non enim sine collisione conquiescunt contiguo fluctus oppositi, nec diu vicinari sustinent Leo cum Tigride: quippe.*

Non bene torrentes ripa volvuntur eadem
Quos rapit opposito turbine vis eadem!

---

vero usque Parthiam, exthinc usque Bulgariam illinc usque ad Carinthiam crevit ascessio: ubi post multos cum Romanis conflictus, post multorum

Digitized by Google

M. Extunc nonnulli dominativam ligurire ceperunt portiunculam. Unde a Carinthia rediens Cracus, ut erat sententioso Sermonum beatus agmine, omnes in Contionem vocat, omnium in se ora convertit, omnium venatur favorem, omnium sibi conciliat obsequia „ Ait ridiculum esse pe-„ cus mutilum, hominem acephalum; „ Idem esse corpus exanime, idem si-„ ne luce lampadem idem Mundum si-„ ne Sole quod sine Rege Imperium: „ Seque non Regem sed Regni Socium „ pollicetur si videlicet eligatur: non „ sibi sed toti natum se credere mun-„ do „ proinde Rex ab omnibus consalutatur, Jura instituit, Leges promulgat.

Sic ergo

---

rum bellorum discrimina Urbes occupant, Prefectos Constituunt, prefatum Graccum Principem creant.

Post aliquod tempus rediens a Carinthia Graccus, ut erat sermone disertus, omnium Cognationes Nobilium in simul convocat, omnium in se Ora convertit, omnium venatur favorem dicens „ vero

Digitized by Google

Sic ergo Nostri Civilis Juris nata est Conceptio seu concepta nativitas! nam ante hoc servituti ancillari libertas, et aequitas pedissequari jussa est iniuriae: eratque iustum quod plurimum prodesset Ei qui plurimum posset. Licet autem iustitiae rigor non statim caepit imperare, extunc tamen violentiae dessiit subesse potestati, et dicta est iustitia quia plurimum prodest Ei qui minimum potest.

Jgitur Polonia florentissimis per Cracum aucta successibus statuit Prolem, post Jpsum, Eius Regni succesione dignissimam, nisi alterius Filiorum Eius fratricidii fedasset piaculum.

Erat

„ Sicut Corpus sine anima, lampas sine luce, „ mundus sine Sole, sic esse Jmperium sine Re„ge! „ Se quoque non Regem sed Regni socium pollicetur si ipsum Regem eligant. *Versus.*

Non sibi sed toti natum se credere mundo.

Proinde Rex ab omnibus consalutatur: Leges promulgat, sic igitur nostri Civilis Juris nata est conceptio! seu concepta nativitas.

Jgitur Polonia florentissimis per Graccum aucta est successibus. Floruit autem Graccus Rex Poloniae Ante Jucarnationem Christi Annis plus quadrigentis:

Digitized by Google

Erat enim in cujusdam scopuli anfractibus Monstrum atrocitatis immanissimae, quod quidam Olophagum dici putant: hujus voracitati singulis Eptadiebus, secundum dierum supputationem certus armentorum numerus debebatur, quos nisi accolae quasi quasdam victimas obtulissent, humanis totidem capitibus a Monstro plecterentur: quam Cracus non ferens perniciem (ut erat clementior filius erga Patriam quam Pater erga filios) clam Filiis

quadringentis, et ante Alexandrum Macedonem Annis pene Centum.

Hujus quoque tempore erat in cujusdam scopuli anfractibus monstrum atrocitatis immanissimae, quod quidam Olophagum dici putant, cujus voracitati singulis haeptadibus secundum supputationem dierum certus armentorum numerus debebatur, quae nisi accolae quasi quasdam victimas obtulissent, humanis totidem a monstro capitibus plecterentur.

Viso de tempore et actis Gracci primi Regis Poloniae, nunc ad secundum Graccum filium ejus succesoremque R e g n i Poloniee procedamus.

Igitur Graccus Primus ut erat clementior erga Patriam, quam Pater erga filios, prefatam olophagi pernitiem non ferens, duobus filiis suis quos

Digitized by Google

liis accitis dirigit propositum, pandit Consilium „Jnimica inquit sunt ignavia virtuti, caniciei deliramentum, „ juventuti segnicies! non enim est „ virtus quae ignavia est, non Canicies quae delira, non juventus quae „ segnis! imo fingenda est etiam ibi, „ ubi nulla est exercendae animositatis occasio. Porro sponte se inge „ gerentem gloriam quis unquam declinavit: nisi prorsus inglorius? at „ vero defensa vel conservata Civium „ salus aeternales transcendit triumphos: nec enim propriae indulgendum est saluti, quotiens de Communi agitur discrimine. Vos itaque! Vos

quos unice diligebat clam accitis id est vocatis, cum Eisdem de Succesione Regni dignissima dirigit, compositum pandit consilium „ Jnimica inquit nunc ignavia virtuti, caniciei deliramentum, juventuti segnities: non est enim virtus quae ignavia est, non Canities quae delira, non juventus quae segnis. Jmo fugienda est ubi nulla est exercendae animositati occasio. Porro sponte se ingerentem gloriam quis unquam declinaverit, nisi inglorius? At vero defensa vel confirmata Civium salus aeternales transcendit Triumhos! nec enim propriae indulgendum saluit

„ Vos o mea praecordia, quorum u-
„ trumque nostris educavimus virtu-
„ tibus, Vos in monstri necem arma-
„ ri convenit: Vos in ejus congressum
„ proponi addecet non exponi, utpo-
„ te nostrae vitae dimidium, quibus
„ hujus Regni debetur successio„

Ad hoc Illi „ Jmo privignali Pa-
„ ter odio videremur toxicari, si tan-
„ tae nobis munus gloriae invidisses:
„ penes Te sit jubendi Authoritas, in
„ nobis est obsequendi necessitas„

Saepe igitur apertam virorum audaciam, saepius nudos nequaquam experti conatus, industriae tandem niti coguntur suffragio: coria enim armensorum

„ luti quotiens de communi agitur discrimine.
„ Vos itaque! Vos o nostra praecordia! quorum
„ utrumque nostris educavimus virtutibus, vos mon-
„ stri necem armare convenit! vos ejus congressum
„ apponi addecet! nec exponi ut pote nostri di-
„ midium quibus hujus Regni debetur successio. „

Ad hoc illi „ Jmo privignali Pater odio vi-
„ deremur toxicati, si tantae nobis munus glo-
„ riae invidisses! Penes Te sit jubendi authori-
„ tas, in nobis est obsequendi necessitas. „

Tandem igitur industria uti coguntur. Co-
ria enim armentorum accenso plena sulphure ac
pice

Digitized by Google

torum accenso plenam sulphure loco solito pro armentis collocantur, quae dum avidissime glutit Olophagus, exalantibus intro flammis suffocatur.

Moxque Junior tam victoriae quam Regni non quasi consortem sed aemulum Fratrem occupat ac trucidat, cujus funus Crocodrillinis prosequitur lachrymis: a Monstro mentitur occisum, a Patre tamen gratulanter quasi Victor excipitur. Saepe namque maeror funeris, gaudio vincitur victoriae!

Sic junior Cracus Paterno succedit Jmperio haeres nefarius! sed diutius

---

pice (: ad instar Danielis qui Draconem Babi loniorum occidit:) loco solito pro armentis collocantur: quae eum avidissime glutit Olophagus, exhalantibus intra flammis suffocatur.

Moxque junior Frater, cui nomen Patrium erat Graccus, tam victoriae quam Regni (non quasi Consortem sed aemulum) Fratrem occupat ac trucidat, cujus funus Crocodrillinis prosequitur lachrymis, quem a Monstro mentitur occisum. A Patre tamen gratulanter quasi victor excipitur.

Saepe namque meror funeris gaudio vincitur victoriae.

Sic junisr Graccus Paterno succedit Jmperio: heres nefarius! sed divitius Fratricidio fuit

tius Fratricidio fuit Sordidus quam Imperio insignis: nam paulo post dolo deprehenso, piaculi deputatur supplicio, exilii perpetuitate damnatus.

J. Nec enim Lex justior ulla est
Quam necis artificem, arte perire sua.(*)

Sed tam degenerem non sperabam surculum de tam generosa vitis propagine! saepe tamen uva detumescit in acinum, saepe oleum vertitur in amurcam, saepe aurum degenerat in scoriam, Quid ergo mirum si tristes habet exitus tristis ambitio? quae quanto est felicior tanto miserior! quanto florentissimis uberior successibus, tanto atrocioribus proximior insidiis! quanto imperi-

---

it sordidus, quam Imperio insignis! nam paulo post doli deprehenso piaculo, deputatur supplicio, exilii perpetuitate damnatus. *versus.*

Nec enim Lex justior ulla!

Quam necis artifices arte perire sua.

Sed tam degenerem non sperabam surculum de tam generosa vitis propagine? Saepe uva detumescit in acinum: Saepe olea vertitur in amur-

---

(*) Ovid: de Ar. Am.

Digitized by Google

imperiosius aliis imperare studet, tanto subjectius aliorum servituti addicitur! Ambitionis enim est omnes omnium ambire angulos, omnium auriculas lambere, ad omnium scabellum prosterni, donec quod appetit utrinque assequatur. Sunt autem quatuor cupiditatis Filiae: Opum ingluvies, Honorum ambitio, Inanis Gloriae captatio, Libidinis prurigo: Inter has natione Caelesti superbit Ambitio, ideoque humilium dedignata tuguria Superborum et Sublimium colla propria virtute calcavit: quae quantas habeat in se delicias, prunis subaccensis,

---

amurcam: saepe aurum degenerat in Scoriam. Quid igitur miri si tristes habet exitus tristis ambitio! quae quanto est felicior, tanto miserior! quanto florentissimis uberior est successibus, tanto atrocioribus proximior insidiis! quanto imperiosius aliis imperare studet, tanto subjectius aliorum servituti addicitur! Ambitionis enim est omnes omnium ambire angulos, omnium auriculas lambere, inanis gloriae captatio, libidinis prurigo! (: Inter has Celestis superbit ambitio, ideo quod humilium dedignata tuguria, superborum et sublimium colla propria virtute calcavit:) quae quasvis habeat in se delicias prunis subaccensis,

mu-

censis, mucrone superappenso Dionisius familiari Suo quam familiarissime demonstravit.

Sed nunquid nam immortalia Craci beneficia sic emori debuerant ut nullum tanti Patris supersit insigne?

M. Jmmo in scopulo Olophagi mox fundata est Urbs insignis a nomine Craci dicta Cracovia ut aeterna Craci viveret memoria: nec prius ab exequialibus cessatum est obsequiis, quam Urbis consumatione clauderetur (quam quidam a crocitatione corvorum qui eo ad cadaver Monstri confluxerant Cracoviam dixere)

Tantus

---

mucrone superappenso Dionisius suo Familiari quam familiarissime demonstravit:

Sed numquid tam immortalia Graci primi beneficia sic emori debuissent ut nullum Patris supersit insigne? ad quod ergo imo in scopulo Olophagi mox fundata est Urbs insignis, a nomine Graci dicta Gracovia ut aeterna Gracus viveret memoria. nec prius cessatum est ab exequialibus obsequiis, quam urbis. muri consummatione clauderentur. (: quam quidam a Crocitatione Corvorum qui eodem tempore ad Cadaver mon-

Tantus autem amor demortui Principis Senatum, Proceres, Wulgus omne devinxerat, ut unicam Ejus Virgunculam, cujus nomen Wanda, Patris Jmperio surrogarent. Quae tam elegantia formae quam omnimoda gratiarum venustate omnibus adeo probabatur, ut non largam sed prodigam in Ejus dotibus naturam estimares: nam et Prudentium consultissimi Ejus astupebant Consiliis, et Hostium atrocissimi ad Ejus mansuescebant aspectum.

Unde quidam Bemmanorum Tyrannus dum proposito hujus Gentis populandae grassaretur, dum quasi vacans rapere molitur Jmperium, inaudita quadam virtute prius vincitur quam

---

monstri confluxerant, Cracoviam dixerunt) Tantus etiam amor demortui Principis Proceres, vulgus omne, devinxerat, ut unicam ilius virgunculam filiam, cujus nomen Wanda, Patris Jmperio subrogarent.

Wanda ergo filia Gracci ac germana Secundi pro Gracco Regina Poloniae constituitur. Quae tam eleganti forma quam omnimoda gratiarum venustate adeo prestabat,, ut non tantum largam sed prodigam in Ejus dotibus naturam estimares. Nam et Prudentum consultissimi Ejus astupebant con-

quàm armis. Omnis enim exercitus Ejus mox ut Reginam ex adverso videret, velut quodam Solis radio repente percellitur, omnes velut quodam jussu Numinis animos hostiles exuti a prelio divertunt, asserunt „ Sacrilegium a „ se declinari non praelium, non hominem se vereri, sed transhumanam „ in homine venerari Majestatem „

Quorum Rex incertum est amoris an indignationis an utriusque saucitatus languore ait „ Vanda mari, „ Vanda Terrae, aeri Vanda imperet et Diis

---

consiliis „ et Hostium atrocissimi ad Ejus [mansuescebant aspectum. Unde quidam Allemmanorum Rex Tyrannus dum proposito hujus gentis populandae grassaretur, dum quasi vacans rapere molitur Imperium, inaudita quadam virtute prius vincitur quam armis. Omnis enim exercitus ejus, ut Reginam ex adverso vidit, veluti quodam Solis radio ultra repente procellitur, omnes velut quodam jussu Numinis animos hostiles exuti a prelio divertunt „ asserunt sacrilegium a se declinari, non praelium, non hominem se vereri, sed „ transhumanam in Homine venerari Majestatem „ quorum Rex incertum est an amoris an indignationis an utriusque saucius languore ait „ Wanda „ mari, Wanda terrae, aeri Wanda imperet! Diis „ immortalibus Wanda pro suis victimet! et ego pro

„ Diis Jmmortalibus Vanda pro suis „ victimet! et Ego pro Vobis o mei „ Proceres solennem Jnferis hostiam „ devoveo, ut tam vestra quam Vestra „ rum Successionum perpetuitas sub „ faemineo consenescant Jmperio!„ dixit et exerto ense incumbens mucroni expiravit.

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub auras!

Ab Hac, Vandalum flumen dicitur nomen sortitum, quia Ejus Regni centrum extiterit: hinc omnes sunt Vandali dicti qui Eius subfuere Jmperiis. Quae quia omnium spreverat Connubia, Virisque omnibus pretularat Caelibatum

---

„ pro vobis omnibus Proceres solennem inferis „ hostiam devoveo, ut Vestra quam vestrorum „ successionis perpetuitas sub Femineo consenescat „ Jmperio„ dixit et exerto incumbens mucroni, expirat. *versus*

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Jpsa denique Wanda a Wandalo Wandalorum id est Polonorum sive Lechitarum Progenitore, de quo supra diximus, nomen accepit: vel potest dici Wanda a Wandalo scilicet Wysla flumine, eo, quod ejus Regni centrum extitit; hinc omnes sunt Wandali dicti, qui ejus subfuere Jmperiis: Quae quia omnium sprevit connubia, imo quia connubii

libatum, sine successore decessit: diuque post Ipsam sine Rege claudicavit Imperium.

J. *Assyriorum Regina Semiramis immaturo Filio credere Regnum non audens, se filium simulat, sexumque mentita Regno Viri Ethiopiam adjecit, Jndis bellum infert, quo preter Illam et Alexandrum Magnum nemo unquam intravit: multae quoque aliae non modo faeminas sed etiam viros virtutibus antecessere.*

Jdeoque non tam in faemina virilem admiror industriam, quam in Viris

---

connubio pretulerat Caelibatum id est Castitatem sine successore decessit diuque post Ipsam sine Rege claudicavit Imperium.

Nullus ergo miretur si mulier Polonis imperavit! nam Assyriorum Regina Semiramis, immaturo filio Regnum credere non audens, se filium simulat, sexumque mentita regno Viri Ethiopiam adiicit? Jndis bellum infert, quo preter Illam et Alexandrum magnum nemo unquam introivit: multae quoque aliae non tantum Faminas, sed etiam Viros virtutibus antecessere.

Non tantum ego in faemina Wanda virilem admiror industriam sed, multo amplius in Viris.

No-

Digitized by Google

ris fidei spectatae constantiam! licet namque bonis videatur moribus dissonum Faeminam Principibus imperare, pietati tamen accedere visum est et Paternis prolem juvare meritis, et mortuorum apud posteros non mori beneficia: cuius virtutis species etiam Siculis exhibita est Tyrannis.

Anaxillaus enim Rex Siciliae decedens Parvulorum tutelam probatissimae fidei Servo Micalo *committit, tantusque Regis amor apud omnes fuit, ut parere Servo quam deserere filios Regis mallent, suaeqeue obliti dignitatis, Regni per servum administrari dignitatem Principes paterentur.*

Quid autem in hujusce nostri tempusculi tempestate fides non parit fi-

dem!

Nobilibus Polonorum Fidei constantiam! Licet enim bonis videatur moribus dissonum faeminam Principibus imperare, Pietati tamen addecentius visum est et Paternis prolem juvare meritis, et mortuorum apud Posteros non mori beneficia. Moderni autem nostri tempestate tempusculi, apud modernos Polonos in quos fines saeculorum devenerunt! Fides non parit fidem; sed si concipit prius abortit quam pariat: prius expirat partus quam spirare incipiat. Quare hoc? quia ad pia

fidei

dem! sed si concipit prius abortit quam pariat, prius expirat partus quam spirare incipiat! Sic ad pia Fidei ubera genimina pendent viperarum catuli sugunt perfidi, a quibus non modo amici sed et Domini plus dolo coluntur quam fide. Negotiatio enim est non amicitia quae ad commoditates accedit.

M. Hujus Reipublicae Administratio humilibus nonnunquam et incertis cessit Personis, nulla prorsus vel Wulgi vel Procerum suggillante invidia, utpote quorum gloriosis et hodie gloriari delectant insignibus. Nam cum famosus Jlle Alexander, cuius

---

Fidei ubera genimina, pendent viperarum Catuli. sugiunt perfidi.! a quibus non solum amici sed et Domini plus dolo coluntur quam fide. Negotiatio enim *est non amicitia* quae ad Commoditates accedit.

Hujus autem Reipublicae administratio humilibus nonunquam et incertis cessit Personis, nulli prorsus vel vulgi vel Procerum sugillante invidia ut pote quorum gloriosis etiam gloriari delectant insignibus.

Nam enim cum famosus Jlle Alexander vectigales a Polonis exigere pensiones tentaret aiunt Legatis

ius nuper me
exegere pens
Legatis „ Leg
„ Regii cens
„ sumus et
„ prius erg
„ benda es
„ ceptos r
„ riis, Qu
„ solvatu
„ sarr q
„ lesae
Le
us viv
rum
parti

---

gatis
„ Q
„ r
„
„
„

manaque pelle sed in humane vestitum metallum cum hac remittitur epistola.

„Regi Regum A. Rex Jmporatrix „Polonia! male aliis imperat qui sibi„met imperare non didicit: neque „enim Gloria dignus est triumphali de „quo pompa cupiditatum triumphat! „Tuae siquidem sitis nullum est refri„gerium, nullum temperamentum: „imo quia nusquam est Tuae cupidi„tatis modus, ubique Tuae mendicat „paupertatis tenuitas. Licet tamen in„satiabilem Tuae voracitatis abyssum „Mundus satiare non possit, Tuorum „saltem utcunque refocillavimus esu„riem. Nec Te lateat locus apud nos non

farcinantur vilissima, scilicet fimo fetente: Humanoque pelle sic inhumane vestitum metallum cum hac remittitur epistola.

„Regi Regum Alexandro Jmperatrix Rex „Polonia! Male aliis imperat, Qui sibimet impe„rare non didicit: neque Gloria dignus est tri„umphali, de Quo pompa cupiditatum triumphat. „Tuae siquidem sitis nullum refrigerium, nul„lum temperamentum: imo nusquam est Tuae „cupiditatis modus: ubique mendicat Tuae pau„pertatis tenuitas. Licet tantum Tuae voracitatis „abyssum Mundus satiare non possit, Tuorum saltem

„ non esse loculis, ideo presentia Xe-
„ niola fidelissimis Tuorum capsidili-
„ bus sunt commissa. Polonos au-
„ tem animi virtute, corporis duri-
„ tia non opibus estimes censeri.
„ Non esse igitur Ipsis unde tanti Re-
„ gis (ne tantae dicatur Belluae) ra-
„ bidissima expleri possit ingluvies:
„ habundare tamen eos mire thesauris
„ Juventutis non dubites, quibus Tua
„ non sopiri sed Tecum prorsus extin-
„ gui possit aviditas „

„ Ocius inquit Alexandér „ Ocius
„ ad Nos usque protrahantur tanti
„ commentores flagitii! exquisitissi-
„ mis acrius plectantur supplicüis! im-
„ mo stirpitus Eos eradicare convenit,
„ ne aliis ausum pariat teme ritatis
„ impunitas „

Quos

„ saltem utcunque refocillavimus Legatorum esu-
„ riem. Ne lateat Te locum apud nos non esse locu-
„ lis, ideo pauciorum xeniola, id est parva dona, fide-
„ lissimorum Tuorum capsidilibus, a nobis no-
„ veris Tibi missa. Scias quoque Polonos, animi
„ virtute, corporis duritia non opibus censeri?
„ non esse igitur ipsis unde tanti Regis imo tan-
„ tae Belluae rabidissima posset repleri ingluvies,
„ abundare tamen eos Nostrae Thesauris Juven-
t utis

„ Quot quot igitur ad propulsandum „ proficiscuntur Regis Injurias, praelio commisso aut cadunt, aut occiduntur: inter quos Regum quidam vinculis mancipantur. His auditis A„ „ multum, inquit, sibi adijcit Virtus „ lacessita! nunc tandem dignum est ut „ Meae indignationis virga visitentur„ perinfinitis itaque hostium copiis undique

---

„tutis non dubites, quorum Tua non sopiri sed „Tecum prorsus possit extingui aviditas!„

Auditis Alexander Polonorum epistolis, visoque confusionis Censu, nimis furore repletus dixit „ Ocius! usque ad Nos protrahantur tanti „ commentores flagitii! exquisissimis ocius plec„ tantur suplicijs, imo stirpitus Eos eradicare „ convenit, ne aliis ausum pariat temeritatis im„ punitas!„ missis denique in Poloniam exercitibus copiosis, quotquot ad propulsandas proficiscuntur Regis injurias, prelio commisso aut cadunt aut occiduntur, inter quos Regum quidam viventem mancipant.

His auditis, Alexander „ Multum inquit si„ bi adiicit virtus lacessita: nunc tandem dignum „ est ut nostrae indignationis virga visitentur!„ perinfinitis itaque hostium copiis undique versus Poloniam irrepentibus, Jpse preambula Pannoniorum obsequela, per posticum ingreditur Moraviae, alas suorum exerituum expendebat: victoriosisque Cracoviae ac Slesii Provinciis subactis, pespetui

Digitized by Google

que versus Poloniam irrepentibus, Ipse (preambula Pannoniorum obsequela) per posticum ingreditur Moraviae, alas exercituum expandit, victoriosisque Cracoviae ao Silencij subactis Provinciis, perpetui operis menia solo prosternit, redigit in favillam, sulco discissas Urbes jubet sale conspergi.

Hinc dum ulteriores aggreditur Provincias, omnium armis invictus, simplicis astu homunculi concutitur. Omnibus enim de salute desperantibus Quidam aurificii arte preditus, galearum et Clypeorum formas ex quovis ligno seu subere precipit effingi, quarum quasdem

---

perpetui operis maeniia solo prostravit, redigit in favillam, discissasque Urbes iubet sale conspergi. Tunc primum Cracoviensis tractus seu Civitas est destructa.

Nunc de primo Lesthcone Rege Poloniae disserendum est.

Alexandro itaque in Cracoviensi Provintia aliquantulum demorante, Jlle qui ommium armis erat invictus, simplicis astu homunculi conficitur. Omnibus enim Polonis de salute desperantibus et in nemorum silvis latitantibus quidam Aurifex, artificii arte preditus, galearum et clypeorum formas ex quovis ligno seu subere precipit effingi, quarum quasdam litargirio, felle alias superlinivit

Digitized by Google

quasdem litargirio, felle vero alias superlinivit. (Litargirea enim argentea felle vero tincta videtur aurea) easque ex opposito Solis, quo magis resplendeant in Celso montis erigit cacumine; quibus Argiraspidae (invictus Alexandri exercitus) visis, acies ordinatissimas eminere suspectantur: itaque precipites e Castris evolant, passim discurrunt, hostes hinc inde queritant, quos putant diffugio dilapsos. Illas namque armorum umbras, Ille ingenii Artifex, dudum flammis injecerat, ne ullum doli deprehendi possit vestigium: iusseratque non parvam robustorum manum in insidiis delitescere.

Proinde

---

vit (litargiria enim est scoria argentea, felle vero tincta videtur aurea) Factis igitur multis clypeis et galeis deauratis, eas ex oppositio Solis, quo magis resplendeant, in excelso montis erigit cacumine. Orto denique lucis sidere *Refulsit Sol in Clypeos aureos et resplenduerunt montes eb eis.* Quibus visis Argiraspidae (invictus Alexandri exercitus) suspicantur Polonorum acies ordinatissimas eminere: itaque Alexandritae precipites a castris evolant, passim discurrunt, hostes hinc inde queritant, quos putant diffugio dilabsos: illas namque armorum umbras

Digitized by Google

Proinde prima discurrentium portio incaute insidias incidit, occupatur prosternitur: occisorum armis victores indusiantur, se argiraspidarum Socios simulant: et quot quot ex Argiraspidis Eis junguntur in ore gladii absorbuntur, ne ulnus quidem ex eis remanserat. Cuius fiducia successus sub eadem Argiraspidarum simulatione Alexandri Castra ingrediuntur insignia preferentes victoriae. Credunt Alexandritae suos de hostibus triumphasse, eminus persalutant revenientes, aggratulantur affavent quasi Sociorum triumpho: igitur inermes obruuntur et im-

---

bras Jlle ingenii artifex dudum flammis injecerat, ne ullum doli deprehendi possit vestigium; iusseratque non parvam robustorum manum in insidiis delitescere id est latere.

Proinde prima discurrentium portio incaute insidias incidit, occupatur prosternitur; occisorumque armis victores Poleni induuntur, se argiraspidarum socios simulant; et quot quot ex Argiraspidis Eis junguntur in ore gladii absorbuntur, ne unus quidem ex eis remanserat. Cuius successus fiducia sub eadem Argiraspidarum simulatione Alexandri castra ingrediuntur insigna victoriae preseferentes. Credunt Alexandritae suos de hostibus triumphasse, eminus

Digitized by Google

et improvidi. Jnter praelium Argiraspidica Lechitae signa proclamant: nuntiatur Regi non hostium impetus sed inter suos seditionis tumultus: quem cum increbrescere videt non sedari, hostiles turmas coadjuvat, suisque credens argiraspidis ferre subsidium. Sic in seditionem versi, plures mutuis quam hostilibus conciderunt vulneribus! vix tandem dolo deprehenso cum perpaucis evasit Jnglorius!

Sic cessavit exactor, quievit tributum.

J. Rem

---

eminus persalutant venientes, aggratulantur affatu quasi Sociorum: inermes igitur obruuntur et improvidi: initur prelium Archiraspidica signa Lechitae proclamant.

Nuntiatur Regi non hostium impetus sed seditionis tumultus: quem cum increbrescere videret non sedari, hostiles turmas coadunat suis se credens argiraspidis ferre subsidium: sicque in seditionem versi plures mutuis quam hostilibus concidere vulneribus. Vix tandem dolo percepto cum perpaucis Alexander evasit inglorius.

Ille igitur Aurifex pro tam Salubri arte qua Patriam salvaverat Princeps constituitur: nec multo post virtutum coadjutus meritis Regiae dignitatis Celsitudine insignitur: dictusque *Lesthco* idest astutus eo, quod astu plures hostium confecerit, quam viribus.

Nulli

Digitized by Google

J. *Rem miram sed fidei plenam! Est enim Liber Epistolarum Alexandri CCtas pene continens Epistolas, in quarum una scribit Aristoteli in hunc modum „ Ne de nostro statu Te „ semper sollicitum dubia suspendat „ haesitatio, noveris Nos apud Lechi- „ tas peramplissime prosperari. Est „ enim Urbs famosa Lechitarum, sep- „ tentrionali Pannoniae lateri conjunc- „ tissima, quam* Carantas *dicunt, plus „ viris quam opibus, plus arte quam „ situ munitissima; de hac et conti- „ guis pro voto triumphavimus „*

In ea Epistola vero quam rescribit Aristoteles sic habetur „ Fama est „ de Carantis Lechitarum Te cum „ Tuis triumphasse! sed hujus gloria „ triumphi Tuis utinam Titulis nun- „ quam accessisset! ex quo enim tri- „ butum ignominiae Tuorum Nuntio- „ rum infusum est intestinis, ex quo

Lechiticos

Nulli ergo dubium esse debet quod Poloni per astuciam primi Lesthconis, tandem Regis Poloniae, Alexandrum devicere: est enim Liber Epistolarum

„ *Lechiticos expertus es Argiraspidas*
„ *Tui rutilantia Solis apud multos de-*
„ *ferbuit: immo Tui visum est Imperii*
„ *mutasse diadema: quod vere ve-*
„ *rum fateor, de quibus nam haec*
„ *dicerentur, sine Tuae narrationis be-*
„ *neficio usque hodie non intellexeram.*

Sed stupenda prorsus virorum audacia! nametsi lacessitus, non adeo tamen laesus fuit A: Corinthiorum injuria, (cui dum aliae Civitates aperirent aditum, prima Corinthus clausit ab Eo portas, cui scripsit A. „ *si sapitis valebitis? Sinon autem,* „ *Non!*„ *Illi vero Sanguinii non inspecta reverentia, nuntios Ejus cruci affixerunt.) Nec non minus tamen subtile Viri mirandum artificium, quod tam advertens ingeniorum Artifex*

---

stolarum Alexandri ducentas pene continens epistolas, in quarum una scribit Aristoteli in hunc modum:

„ Ne de nostro statu Te semper sollicitum
„ dubia suspendat haesitatio, noveris Nos apud
„ Lechitas peramplissime prosperari: est autem
„ Urbs famosa Lechitarum Septentrionali Pan-
„ noniae lateri conjunctissima, quam Caran-
thas va-

Digitized by Google

fex potuit circumscribi: Non minus enim dissimiliter Darii copias Idem A: elusit, quibus dum suos longe videret dispares, jussit alligari ramos caudis et Cornibus boum ut silvae Ipsum comitari viderentur.

M. Jdeo Jlle tam saluberrimae Magister artis, Patriae quam salvaverat Princeps constituitur. Nec multo post virtutum coadjutus meritis Regiae dignitatis Celsitudine insignitur. Dictusque est Lestco idest astutus eo, quod astu plures hostium confecit, quam viribus.

J. Nemo



„ thas vocant (idest Cracoviam) plus Virorum vi-
„ ribus quam copiarum opibus; plus arte quam
„ situ munitissima: de hac et contiguis pro voto
„ triumphamus „

Jn ea vero epistola quam rescri[illegible] Alexandro Aristoteles sic habetur „ Fam[illegible]le Caranthis Lechitarum Te cum Tui[illegible]asse „ sed huiusmodi gloria triumphi[illegible]m „ tulis nunquam accessisset ex qu[illegible] „ ignominiae Tuorum infusum e[illegible] „ torum, ex quo Lechicas ex[illegible] „ pidas, Tui rutilantia Solis „ ferbuit: imo Tui visum est J[illegible] „ dema. Vale „

Digitized by Google

J. *Nemo fortium scaturigines in imo stupet! nemo Cedros in convallibus admiratur! sed nec ego admiratione dignam duco in humili virtutem: omnium enim nutrix est humilitas virtutum, sed eas in humilibus sepius reprimi solemus quam repremiari. Quippe quid virtus humilis? Sol apud antipodes. Rutilare tamen non desinit apud eos, quos animi generositas lippire non sustinet. Unde et Sostenes licet ignobilis Dux factus est Macedonum: Hic enim Gallos exultantes victoriose compescuit: hic Macedones ab eorum populatione defendit: ob quae beneficia, multis nobilibus Regnum Macedoniae affectantibus Ipse ignobilis praeponitur: qui cum Rex ab exercitu appellatur, Ipse milites non in nomine Regis s[illegible] nomine Ducis jurare comp[illegible] in facto invidiam Potent[illegible], non Apicem dignitat[illegible]*

M. Fuit

[illegible] annis multis, et obiit [illegible] cessum iterato Polono- [illegible] Rege permansit.

Digitized by Google

M. Fuit et alius post Hunc eiusdem nominis Princeps, sed alio pacto Lesthco nuncupatus. Orbata namque Rege Polonia, dum de Regis successione contenderet, seditionis pene obruitur tempestate, singulis Primorum Tirannidem occupare ambientibus. Diuque non sine periculo ea Conflictatione agitati, eligendi tandem censuram Principis privatorum deserunt arbitriis, utpote quorum insuspecta virtutis simplicitas, et a quibus longe relegata est ambitio. Seque jureiurando utrique obstringunt; Eligentes quidem ne favore Personali declinent, ne devio emolumenti exorbitent, ne atro-

---

Fuit et alius post hunc eiusdem nominis Princeps, sed alio pacto Lesthco nuncupatus. Orbata namque Rege Polonia, dum de Regis successione contenderet, seditionis pene obruitur tempestate, singulis Primorum Tyrannidem occupare ambientibus. Dum itaque non sine periculo ea conflictatione agitati, eligendi tandem censuram Principis deferunt arbitrio Privatorum, ut forte et pote Quorum insuspecta videbatur simplicitas, et a Quibus longe relegata esset omnis ambitio: Seque iure iurando uterque constringunt; Eligentes qui-

Digitized by Google

atrocioris metu potentiae distorquantur ab eo, quod publicis prospexerint commodis expedire: Reliqui vero, ne Cui ab Eligentium liceat arbitrio discedere.

Et quoniam non facile se offert discordantium votorum concordia,, multis quidem deliberatum, sed perpaucis responsum ,, Vitis inquiunt pro-
,, pagatissima petulantibus et maculo-
,, sis equorum calcibus exteritur! vitis
,, hoc Regnum est: Equi effrenes vestra
,, elatio! in qua quot affectionum sunt
,, Contrarietates, tot maculae! eli-
,, gatur ergo Stadium, figatur meta,
,, et cuius equus maculis ditsincti-
or

---

tes quidem ne favore personali a veritate declinent, ne dexio emolumenti exorbitent, ne atrocioris metu potentiae distorqueantur. Qui vero ne cui ab eligentium liceret arbitrio discedere.

Et quoniam non facile se oftert discordantium votorum concordia ,, multis quidem diebus deliberatum par electores, et arbitris verbis pauculis est responsum ,, Vitis, inquiunt, propaga-
,, tissima petulantibus et maculosis equorum cal-
,, cibus teritur: Vitis haec Regnum est, equi
,, effrenes id est sine freno, vestra est elatio! in
,, qua quot allectionum sunt contrarietates tot
maculae.

Digitized by Google

„ distinctior primus omnium metam „ contigerit, eum Regem debere cen- „ seri „

Conveniut Singuli, affirmant universi, stat fixa omnium sententia: sed executio procrastinatur sententiae. Videre videor horum studia illorum solertiam per exercitamina currentium! vota diversorum! Porro expertissimae agilitati plerisque fidentibus, quidam occulta ingenii nititur versutia, artis ope fretus Vulcaniae: omnem namque stadii planitiem ferreis conserit exigonis, modica intercapedinis Semita cautis annotationibus distincta, ut dum alios clavi exigonorum

---

„ maculae. Eligatur ergo stadium, figatur meta! „ et cuius quoque equus maculis distinctior pri- „ mus omnium metam contingerit, Eum Re- „ gem debere censeri. „ Congaudent singuli, (Primorum) affavent universi, stat fixa omnium sententia, sed executio procrastinatur Sententiae.

Interea ab omnibus equi exquisitissimae agilitatis conquiruntur seque, in eisdem exercitantes statutum currendi tempus prestolantur. Quidam interim Vulcani idest fabrili fretus ope, occulta quadam ingenii nititur uti versutia: omnem namque stadii planitiem ferreis conserit exigonis, modica

Digitized by Google

gonorum a Cursu praepedirent, ipse per semitam expeditiorem cursus bravio potiretur.

Sed dolus arsque doli vincitur arte dolo!

Duo enim fortuna tenues, conditione humiliores Juvenes de pedum celeritate altercantes certa pignoris quantitate se obligant, ut victus celeriorem nunquam nisi Regis nomine audeat salutare: cumque invicem colludio iocarentur „ decet inquiunt ut pro nostrae „ Corona Victoriae in Campo Regii „ certaminis decertamus „ hic in primo

---

modica intercapedinis semita, cautis annotationibus distincta, ut dum alios clavi exigonorum in cursu propedirent, Ipse per semitam expeditiorem cursus bravio potiretur. *Versus.*

Sed dolus arsque doli vincitur arte dolo.

Duo enim Juvenes fortuna tenues, conditione humillimi, de pedum celeritate altercantur, certa pignoris quantitate se obligant ut victus celeriorem nunquam nisi Regis nomine audeat salutare: cumque invicem colludio jocarentur „ decet inquiunt ut primae Corona victoriae in „ campo Regii certaminis decertemur! „ Ad stadium

mo consistunt ac susbsident, impetu, aculeis ossetenus plantas confixi: qui post longam exigonorum admirationem, astum conviciunt, dolum semitae deprehendunt: quam eisdem conserunt insidiis, omni prorsus dissimulata notitia. Et quia ut assolet insperatae appetitum rei saepe suggerit occasio, uterque ambitum concipit, uterque suam secum versat industriam.

Adest dies edicti: considet Sacri Senatus reverentia, astat spectata Procerum venustas: Juvenum vernantia; inter Caeteros, imo prae Caeteris Illé doli Magister semitae fidit subsidio: Sed et Cursorum alter spe non citerior

---

dium igitur egredientibus, dum ad metam currere vellent, in primo impetu mox substituunt aculeis ossetenus plantas confixi. Qui post longam exigonorum admirationem astum conviciunt, dolum Semitae deprehendunt, quam eisdem conserunt insidiis, omni prorsus dissimulata notitia. Et quia ut assolet, insperatae rei appetitum sepe suggerit occasio, uterque ambitum concipit, uterque secum suam versat industriam.

Adest dies edicti! considet Sacri Senatus reverentia! astat spectata Procerum venustas! Juvenum arridet vernantia! Inter caeteros imo prae Caeteris

rior, qui omnem equi calcem ferreo muniverat subtegmine, nam reliquus longe a turba non solum exceptus sed etiam aversus tacita meditatur suspiria.

Primo itaque et itarato ac tertio dato signo omnes ex directo prosiliunt Jlle transuerso rapitur cursu, non sine quodam Wulgi ridiculo. Cumque omnes exigonorum involvuntur periculis Jlle longi amfractus emenso circuitu, metae tandem accelerat, quam socius eius ante Jpsum occupat et Rex omine infaustissimo salutatur: laesa enim universitas ut equi vidit ferramina Eum dixit esse doli Authorem: et quia dolus nulli patrocinatur, ultimis

---

Caeteris Jlle doli magister semitae fidit subsidio, qui etiam omnem equi Calcem ferreo id est munierat subtegmine. Sed et Cursorum alter spe non citerior (nam reliquus ab exigonis amplius laesus nondum sospes erat) itaque residens tacita meditatur suspiriia.

Primo itaque et iterato ac tertio dato signo, omnes ex directo prosiliunt: Jlle vero pedester transuerso rapitur cursu, non sine magno vulgi spectantis ridiculo. Cumque omnes exigonorum involverentur piaculis, cursor ille longo anfractus

mis affectus suppliciis membratim discerpitur. Jlle vero Wulgo ridiculus, iudicio magistratus Regnum adipiscitur.

J Si latet ars prodest: confert deprehensa pudorem:
Alter honoris onus fert, sepius alter honorem:

Sed o Regem transfelicem! qui cum creatur, momento fit perpetuus; pertpetuo mementaneus! o magnae vigilantiae Princeps cuius oculus somnium

---

tus circuitu metae tandem accelerat, quam Jlle doli artifex ante ipsum occupat, et Rex post modicum intervallum temporis salutatur.

Lesa enim universitas mox ut equi vidit ferramenta Eum agnoscit esse doli authorem: et quia dolus nulli patrocinatur, ultimis affectus, suppliciis membratim discerpitur. Jlle vero pedester qui fuerat Vulgo ridiculus, iudicio Magistratus Regnum adipiscitur. *Versus.*

Si latet ars prodest: confert deprehensa pudorem
Alter honoris onus: fert sepius alter honorem.

O Regem infelicem qui dum creatur momento fit momentaneus.

O Magnae vigilantiae Princeps cuius oculus somnum in Principatu non vidit.

Verum

Digitized by Google

num in Principatu non vidit! Sed malim certe ut ridiculo sim serius, quam serio ridiculus.

Non sine cahinno quidem hinnitu tantum equi Regnum Darius acquirit.

Straconis quoque licet ambitio derisa profuit subtilitas: Servi namque Thyrorum factiose conspirant, Dominos cum liberis omnes occidunt, Lares Dominorum occupant, Regem inter se creare intendunt, Eum scilicet qui Solem orientem primus vidisset. Unus ex servis Domino suo iam seni et filio suo parvulo pepercerat; a Quo Servus informatus, cum omnes in unum campum processissent, caeteris orientem spectantibus, solus occidentem intuetur. Aliis ridiculum, nonnullis videtur furor, Solis ortum in occidente querere? Uti autem primo diescere cepit, hic primus fulgorem Solis in summo Civitatis fastigio ostendit. Tunc intellectum est quantum ingenua servilibus ingenia prestarent! Itaque Dominum eius Stratonem Regem creant: post quem ad filium, deinde ad Nepotes eius Regnum devol-

Digitized by Google

vitur. Adeo sub quodam simplicitatis palliolo elegit elucescere prudentia, cum semper sit inimica virtuti ostentatio.

M. Huic vero tantum Animositatis exercendae fuit studium, ut plerisque Hostium robustissimis singulares indixit Conflictus, a quibus non solum Vitam, et Regna et fortunas extorsit. Cui cum Hostis deerat extraneus, Suos aut contra Se aut invicem dimicaturos premiis invitabat. Tantaque Illi fuit prodigalitas in omnes, ut sibi mallet ex virtute nasci egestatem, quam ex tenacitate habundantiam: ut se potius egere pateretur, quam egenis denegare subsidia, vel bene merentibus non dependere stipendia. Nec defuit Illi soror honestatis, amica prudentiae Sobrietas! Huius enim

---

Verum ad acta istius Lestchonis Secundi revertamur. Huic enim tantum exercendae animositatis fuit studium, ut plerisque hostium robustissimis singulares indixerit conflictus, a quibus non solum vitam sed et Regna et fortunas extorsit:

Digitized by Google

nim mensae, huius conviviis haec habita est circumspectio, ut neque ultra quam natura iussit, nec citra quam honestas imperavit, aut exigi liceret aut impendi. Solertior illi cura plus Animi placere dotibus quam Corporis. In Quo illud inter caeteras virtutes emicuit insigne; quotiens namque Regalibus Eum insigniri Regiia, ut assolet, poposcisset dignitas, originariae non

sit: cui cum hostis deerat extraneus, suos aut contra Se aut invicem dimicaturos premiis invitabat.

Tanta quoque Illi fuit prodigalitas in omnes, ut sibi mallet ex virtute nasci egestatem, quam ex tenacitate abundantiam: ut se prius egere pateretur quam egenis denegare subsidiia, vel bene merentibus deperdere stipendia. Nec defuit illi Soror honestatis, amica prudentiae, Sobrietas: huius enim mensae, huius Conviviis, haec habita est circumspectio, ut nec ultra quam honestas imperat aut exigi liceret aut impendi. Solertior Illi cura, plus animi placere dotibus quam corporis. In Quo illud inter Caeteras virtutes, emicuit humilitatis insigne: quoties namque Eum Regalibus insigniri, Regia ut assolet poposcisset dignitas, originariae non immemor Conditionis, in habitu sordido prius Thronum Regium conscendit, Regalem ornatum scabello pedum

Digitized by Google

non immemor conditionis, in habitu sordido prius Orchestram conscendit, Regalem ornatum scabello pedum supprimens: subinde Regiis decusatus insignibus scabello consedit, illis extremae paupertatis panniculis in summo Orchestrae suggestu veneratissime collocatis.

J. *Et hoc sane perdecuit Regem plus humilitate decorum, quam purpura conspicuum! immo nec Hominem censeri nedum Principem, quem ab aliis non secernit humilitas. Unde Graecis diu fuit solenne ut qua hora suficiebatur Jmperator in excelso locaretur manseoleo prius quam in Jmperiali Throno consedisset.*

Qui-

---

dum subprimens; deinde Regiis decusastus id est decoratus insigniis scabello insedit, illis extremae paupertatis panniculis in supremo Orchestrae reverentissime collocatis. Et hoc sane perdecuit Regem plus humilitate decorum, quam purpura conspicuum, ac si sibi diceret,, Principem Te elegerunt, noli extolli, Sed esto quasi unus ex ipsis; et illud memento qula Cinis es et in Cinerem reverteris. *Versus.*

Sic

Digitized by Google

Cuidam etiam Regum inter epulas astans crebro suggerebat parvulas dicens„ Scire Tu morras„ quod interpretatur: Domine Tu morieris! quasi utrique diceretur „ Principem Te elegerunt„ noli extolli, sed esto quasi unus ex ipsis! memento quod Cinis es et in Cinerem reverteris!

Sic Te stare putes si stans cecidisse vereris,

Sic re virtutes, sic res virtute mereris.

M. Huius item Filius non tam Patrio Jmperio, quam Paternis multa adjecit virtutibus. Qui Julium Caesarem tribus fudit praeliis, qui Crassum apud Parthos cum omnibus delevit copiis

---

Sic te stare putes, si stans cecidisse vereris,

Sic re virtutes, sic res virtute mereris.

Huius iterum filius Lesthco Tertius non tam Patris Jmperio quam Paternis multa adiecit virtutibus. Qui Julium Caesarem et primum Monarcham tribus fudit praeliis, *qui Crassum apud Parthos cum omnibus delevit,* eius ori aurum liquefactum

Digitized by Google

piis, cuius ori aurum infundens „ aurum inquit sitisti? aurum bibe „ nam et Getis *(idest Pruthenis(*))* et Parthis *(idest Ruthenis (*))* ac Transpartanis Regionibus imperavit.

Huic tandem Julius jure affinitatis gaudet faederari, Sororem nomine Juliam ejus matrimonio sociat: Eique iure dotis a Fratre Bavaria; donatione vero propter nuptias a Viro Surbiensis condonata est Provincia.

Haec geminas fundavit Urbes, quarum unam a nomine Fratris Julius quae nunc Lubus; aliam a proprio vocabulo Julin iussit appellari, quae nunc Lublin nuncupatur.

Quia

---

tum infundens „ aurum inquit sitisti aurum bibe „ huic tandem Lestheoni Julius iure affinitatis gaudet federari, Sororem suam nomine Juliam eius matrimonio sociat, eiusque in re dotis Bavaria datur.

Haec Julia geminas fundavit Urbes, quarum unam a nomine fratris Julus quae nunc Lubus: aliam a suo proprio nomine Julin quae nunc Lublin dicitur, iussit appellari.

Et enim

(*) ex aliis Codicibus M. S.

Digitized by Google

Quia enim Julius hoc ex facto Senatus in Se conflaverat invidiam, quod quasi Hostis, non quasi Civis Romani propagationem artaret Jmperii, hostium allectus amplexibus (et quos magis decuisset servire, docuisset imperare) ea quae nomine dotis Ei contulerat a Sorore nititur extorquere. Qua ex causa Soror Ejus passa est repudium, filio, cui nomen Pompilius, apud Virum relicto.

Pellex autem Ei (quae Presentem etiam emulata fuit Reginam) loco Reginae succedit. Haec odio Emulae ab amoris auspicio quo Regem devixerat, predicta nomina Urbium transmutavit.

Ex

Et enim quia Julius ex hoc facto Romani Senatus adversum se conflavit invidiam, qui quasi hostis non sicut Civis, Romani propagationem arctaret Jmperii hostium illectus amplexibus, et quos magis decuisset servire dedecuisset imperare, ea quae nominis dote contulerat, a Sorore nititur extorquere. Qua ex causa Soror ejus passa est repudium parvulo filio (cui nomen Pomphilius) apud Virum relicto. Pellex autem Ejus, quae praesentem etiam emulata fuit Reginam, loco Reginae succedit.

Haec

Digitized by Google

Ex hac et aliis thoris minus legitimis XX perhibetur Filios suscepisse, quibus totidem Principatus assignavit: quibusdam Ducatus, aliis Comitatus seu marchias, nonnullis Regna distribuens: Pompilium vero jure primogeniturae Regem omnium statuit. Cuius nutu non Sclaviae duntaxat Monarchia, sed et finitimorum gubernata sunt Jmperia. Jn cujus devotissimis obsequiis, Fratrum turba pio visa est contendisse certamine, Quem tanta reve-

---

Haec odio Emulae ab amoris suspirio quo Regem devinxerat, praedictarum Urbium nomina transmutavit. Ex hac et aliis thoris minus legitimis XX perhibetur hic Lesthco filios sussepisse, quibus totidem Principatus assignavit: quibusdam Ducatus, quibusdam Comitias, aliis Marchionatus, nonnullis Regna distributus; Pompilium vero jure primogeniturae Regem omnium statuit.

Hujus quoque Lesthconis tempore Christus de Virgine creditur esse natus. Regnavit etiam usque ad Neronis tempora qui Petrum et Paulum Apostolos interemit. et cetera.

Succedens autem huic Lesthhoni Pompilius, cujus nutu non Sclaviae duntaxat Monarchia sed etiam finitimorum gubernata sunt Jmperia: in cujus devotissimis obsequiis fratrum turba pio visa est contendisse certamine: Quem tanta reverentia

Digitized by Google

reverentia, tanta coluere dulcedine, ut etiam parvulum Ejus Filium, Paterni nominis Pompilium, Regem suffecerint, nulla prorsus detractatione nullo Zelo distorti.

J. Rara avis in Terris Fratrum concordia Phenix.
Phenice rarior ut socia nariget aula rate.

Ex lacu enim evaporans invidiae horrendum tempestatis naufragium regni socios involuit. Sed beata! sed plus quam Fraterna societas! apud Quam plus pietatis valet religio, quam ambitus Prtncipandi persuadeat! Cujus felicitasis Gloria super omnes enituit proles Crocinii. Hic siquidem Crocinius

---

tia tantaque coluere dulcedine, ut etiam, parvulum filium Ejus, nominis Paterni Pompilium Regem sufflecerint, nulla prorsus detractione, nullo livoris, Zelo distorti.

Optima et plusquam beata fraterna Societas! apud quam plus pietatis valet religio, quam ambitus principandi persuadeat! non mirum tamen si fratres viginti, unius Imperio fideliter obsecuti sunt, cum de Crocinio Rege Arabum majus reperiamur exemplum; siquidem Crocinius

Sep-

Digitized by Google

nius cum Rex esset Arabum septingentos filios (dictu pene incredibile) ex pellicibus susceperat, quorum fiducia ex Sanguinibus finitimorum magnum Nomen comparavit, imo invictissimos Regum insigni felicitate perdomuit. Quorum utinam successibus nostri consenuissent Pompiliadae!

M. Eloquar an sileam? pudor est aperire pudorem
Postulat in facie menda colore tegi.

Nam quali dignum putas memoria ignobile generis dehonestamentum! enorme pudoris prodigium! Jlle meritorum regratiator beneficus, Jlle inquam Regum eximius minor Pompi-

---

Septingentos habuit filios, quos ex multis susceperat pellicibus, quorum fiducia ex sanguinibus finitimorum magnum nomen comparavit: imo invictissimos Regum insigni felicitate perdomuit. Quorum utinam successibus nostri consenuissent Pompilidae!

Eloquar an Siteam, pudor est aperire pudorem.

Jlle siquidem Regum eximius! minor Pompilius, Cujusdam veneficae mulieris debriatur illexobrio: odio gratiam, amicitiam insidiis, cruore pietatem, fidem perfidia, tyrannide suorum

Pa

lius cuiusdam Veneficae debriatus illecebris, odiis gratiam, amicitias insidiis, cruore pietatem, fidem perfidia, tyrannide obsequia recompensans! cui mulier procacissima hujusce saepe supplantabat verborum flosculos „ „ Non est tranquillitati plurimum „ confidendum: quia intensior Solis „ serenitas in nimbos saepius defer„ vescit repentinos: nec minus Te ag„ gratulari convenit, quasi iam por„ tum securitatis teneas, qui nondum „ fluctuum accessiones actingeris: non „ vides prominentes undique scopu„ los Tuis comminari periculis? Bea„ tum quidem Te Regem facit subli„ mitas; securum pollicetur Tui san„ guinis murus inexpugnabilis: dura „ loquor sed vera tamen! nec Beatum

nec

Patruorum obsequia recompensat. Cui Illa mulier procacissima saepe hususcemodi verborum flosculis suggerebat „ non est, inquit, tranquellita„ ti plurimum confidendum! quia intensior Solis „ serenitas, in imbres repentinos saepius defer„ vescit. Nec te multum aggratulari convenit „ quasi jam portum teneas securitatis, qui nec„ dum fluctum accessiones attigeris: non vides

pro-

„ dico nec securum. Nulla enim est
„ beatitudo quae suis langvet viribus,
„ nulla securitas quae suarum parti-
„ um laboret sectione. Porro quot
„ Patruos habes, tot huius Regni mi-
„ nuta, tot quietis insidias: dicunt
„ enim decoratissimas orationes, vo-
„ lunt autem contraria: nam sub ro-
„ sa spinae pungitivum, sub graminis
„ vernantia coluber delitescit. Patro-
„ nos se esse asserunt non Patruos,
„ nec Patronos tantum sed et Patres:
„ Sentisne haec, atque animo illabun-
„ tur Tuo? putas Illos nuda nuncupa-
„ tione delectari? Patruelitas certe
„ nepotibus, pupillis Patronatus, fili-
„ ationi Paternitas poscit imperare.
„ Hoc illorum Imperium non vocabu-
li su-

„ prominentes undique scopulos Tuis comminari
„ periculis! Nulla est beatitudo quae suis languet
„ viribus: nulla securitas quae suarum partium
„ laborat sectione! Porro quot Patruos habes tot
„ huius Regni minuta, tot quietis insidias! Di-
„ cunt enim decoratissima Tibi verba, sed volunt
„ Contraria: nam sub rosa spinae pungunt, sub
„ graminis vernantia Coluber delitescit. Patruos
„ se dicunt non patronos: nec Patruos tantum
cisscatur.

Digitized by Google

„ li superficie significant, sed rerum
„ privilegiis ostendunt: nec ut Jllis im-
„ peres Te Regem creavarunt, sed ut
„ Jnterim Rex, quasi pendente Jmpe-
„ rio Quivis illorum opportunitatem
„ imperandi nanciscatur. Saepe nam-
„ que pro tempore quales quales inse-
„ runtur stipites, ut surculus inseratur
„ utilior. Nec vero Regis Te dignantur
„ nomine, sed aut ludum Te dicunt
„ fortunae, aut sui cujusdam figmenti
„ Creaturam. Adde quam crebro Avi-
„ tas Tibi exprobrant virtutes, ut ho-
„ stibus expositum ocius extinguant,
„ non ut virtutibus exerceant. Po-
„ stremo et Puer es, nec Te quid-
„ quam nisi ludere oportet. Jlli ta-
„ men quibusdam nugis velut serio-
„ rum Te occupant consiliis, non ut
pru-

„ sed Patres! Sentis ne hoc? haec atque animo
„ illabuntur Tuo? Putas Jllos nuda denominatio-
„ ne delectari? nec ut illis imperes Te Regem
„ creavere, sed ut interim quasi pendente Jmpe-
„ rio quivis illorum oportunitatem imperio nan-
„ ciscatur. Postremo et puer es, nec te quid-
„ quam nisi ludere oportet. Jlli tamen quibusdam
„ nugis, (velis serorum) Te occupant consiliis,
non

„ prudentiorem reddant consilio, sed „ ut occasiones contra Te aucupentur „ cavillando, aut saltem Tuae vota Juventutis retardent. Senes prorsus „ ridiculi! qui cum Jpsi juvenescant, „ adolescentes tamen querunt decrepitos! Elige igitur, servus esse malis an liber? Tuus esse velis an alienus? semel beatus an semper miser? Scindi certe convenit vena sanguinis, providentiore sanitatis consilio: non enim libera est vitis propagatio nisi etiam veri rescindantur palmites, nisi falce omnino amputentur propagines„

His et similibus Jlle persuasus, eadem jubente Magistra, Se in lectum lan-

---

„ non ut prudentiorem reddant consulendo, sed „ ut occasiones contra Te aucupentur cavillando. „ Elige igitur utrum servus esse malis an liber? „ Tuus esse velis an alienus? semel beatus an „ semper miser? Scindi certe convenit venam „ sanguinis provido meliori Sanitatis consilio: non „ enim libera est vitis propagatio, nisi etiam interdum veri rescindantur palmites, nisi falsae „ omnino recindantur et amputentur propagines! „

His et similibus Jlle persuasus, Eadem jubente magistra, se in lectum languore ficto conicit,

Digitized by Google

languore ficto conijcit, Amicos quasi Consolandi gratia seu consulendi necessitate jubet acciri, Quibus et causam et diem sui obitus (quasi Divinitus revelatam) secretius insinuat, singulis quasi singulare secretum instillans. „De Regni successione constituere nos convenit, Me mea fata vocant, „ Cui satis fuerit remedii, ut sicut Vestro Regnum, munere sic Vestro videar immortalis Beneficio. Mori „ namque omnino mihi non videre, „ si Vestra erga me viderim studia, „ si meas vobiscum concelebraverim „ exequias: nam quid ab eo speraverim, qui quod mortuo debetur, viventi negaverit„

Au-

---

jcit, amicos Patruosque quasi consolandi gratia seu consulendi necessitate jubet acciri: quibus et causam et diem sui obitus, quasi Divinitus revelatam, secretius insinuat, singulis quasi singulare secretum instillans„ De Regni successione con„ stituere Vos convenit, Me mea fata vocant! „ Sed mori quasi mihi non viderer, si erga me „ vestra viderim studia, si meas Vobiscum con„ celebraverim obsequias seu exequias: nam quid „ ab Eo speraverim, qui quod mortuo debetur vi„ venti negaverit?„

Au-

Audires hic veras, hinc fictas lamentationum voces: hinc suspiria inde singultus: hinc planctus lugubres, inde horribiles ululatus: hinc tunsio pectorum inde palmarum sonat explosio: hinc torrentes rivi manant lachrimarum, inde vix semitinctae manent palpebrae: lacerant crines Virgines, Matronae vultum, habitum Anniosae!

Auget omnium lamenta Reginae simulatus ejulatus, quae nunc Virum nunc singulos Procerum amplexata, nescio qua dulci amaritudine, amara dixerim dulcedine demulcet, ut jam non simulatis, sed lachrymosissimis omnes concutiebantur singultibus adeo, ut ad lamentabiles illius modulationes (fama sit) imagines cere-

---

Audires tunc hinc veras, hinc falsas sive fictas lamentationum voces: hinc planctus lugubres, inde horribiles ululatus: lacerant crines Virgines, matronae vultum, habitum annosae.

Augent lamenta omnium simulatus Reginae ululatus vel ejulatus: quae nunc virum, nunc singulos Procerum, luctuoso amplexu, nescio qua dulci amaritudine, amara dixerim dulcedine demulcet, ut jam non simulatis sed lachrymosissimis concutiantur singultibus adeo, ut ad lamen-

aereas fuisse lamentatas, ad lachrymas Ejus Statuas lachrymis manasse.

Post funebres itaque superstitiones (quas etiam hodie in funeribus exercet gentilitas) lautissimis epularum excipiuntur deliciis: Quos mero aliquantisper a merore solutos, Rex ut Sese viseant videlicet videant postulat, et vicaria poculorum adortatione coram Ipso blande consolentur: dicit „ex ju„cunda Ipsorum consessione sui lan„guoris nasci remedium, Suaeque „ vitae extrema gaudio potius finiri „ quam luctu occupari.

Quid

---

mentabiles illius modulationes, (fama sit) Imagines aereas fuisse lamentatas, et ad lacrimas ejus statuas lacrimis manasse.

Post funebres itaque superstitiones, (quas etiam in funeribus hodie exercet gentilitas) lautissimis epularum excipiuntur deliciis: cumque per sumptionem potus aliquantulum essent a merore soluti, Rex ut se visitent postulat, et vicaria poculorum adhortatione, coram ipso blande consolentur. „Ait enim ex jucunda Ipsorum con„sessione sui languoris nasci remedium, suae„que vitae extrema gaudio potius finiri quam „luctu occupari.„

Quid

Digitized by Google

„ Quid, ait, o Regina! quid maestis mades fletibus? quid maerore consumeris? Viduitatem times: his certe Viris januam viduitatis non es ingressura: immo in tot mei Sanguinis superstitibus Me semper puta superstitem. Nunc Patruorum precipuos, Amicissimorum intimos exoratos esse velim (quorum velud Syderum radiis novissimis recreor obtutibus) ut apud Jpsos in Te nostri vivat recordatio, utpote Quam nostrae salutis reliquium, nostrae animae noverint esse dimidium!„

Jurant Jlli se vivos potius velle sepeliri, quam ejus in se mori benefi-

---

„ Quid inquit, Regina maestis mades fletibus? quid maerore consumeris? Viduitatem times! Jmo in tot mei sanguinis superstitibus, Me semper puta superstitem id est viventem. Nunc vero Patruorum precipuos, amicissimorum intimos exoratos esse velim, (quorum velut siderum radiis novissimis recreor obtutibus id est aspectibus) ut apud ipsos nostri vitae vivat recordatio, ut pote Quam nostrae vitae noverint esse dimidium!„

Jurant Jlli se prius velle sepeliri, quam Ejus in se mori beneficiia „ Elevetus ergo, inquit

oia! „ Surrigatur ergo, inquit Rex, „ poculum! surrigar et Ego ut omnes „ cousalvere jubeam, ut Valedictivo „ invicem federemur osculo, ut ex hoc „ Divino nectare me presorbillante „ singuli delibent!„

Erat autem aureum poculum Reginae ingenio artificiosissime elaboratum, in quo quamlibet exiguus liquor ad summum inundabat, et cum vix esset crater semidimidius, liquore sursum velut vaporaliter suspenso plenus videretur; idem oris seu narium spiritu afflatus leviore, descendebat (sicut in bullientibus ignea virtute contingit) donec certo fundo certa quantitate

---

„ quit Rex, tale poculum id est Cyphus! elever „ et Ego! ut omnes consalvere jubeam: ut in vi- „ cem federemur osculo valedicti: ut ex hoc Di- „ vino nectare me presorbitante singuli deli- „ bant! „

Erat autem aureum poculum Reginae ingenio artificiose elaboratum, in quo quantumcunque modicus liquor infusus, ad summum inundabat: et cum vix esset crater medius et semidius, liquore sursum velut vaporaliter suspenso, plenus videbatur: item oris seu narium spiritu afflatus

Digitized by Google

tate consedisset: idem virtutis, Calcipario dicitur inesse.

Huic tam insigni poculo potus laetifer, Ejusdem arte Pincernae, conditus infunditur, quod qui post Regem bibiturus erat, ori Regis applicare jubetur, ne quid sinistri suspicari possit, quasi Rege pregustante; epotare namque credebatur, non solum anhelitu decrescere, quidquid arte exundaverat: quidquid vero potionis verae ac pestiferae erat infusum, Rege exosculato epotare jussus est qui Regi poculum applicaverat.

Sic elusos, sic intoxicatos secedere rogat, ex amica eorum collocutione

ne

---

flatus leviore, descendebat, sicut in bullientibus ignea virtute contingit.

Huic tam insigni poculo potus letifer ejusdem arte Pincernae conditus infunditur. Quod, qui post Regem bibiturus erat ori Regis applicare jubetur, ne quid sinistri suspicari possit, quasi Rege pregustante: epotari namque videbatur, quod mox tamen solo anhelitu inferius descendebat: quidquid vero pestiferae potionis erat in fusum, qui Regi poculum applicuerat Rege deosculato epotare iussus est.

Sic igitur eluso sic intoxicato secedere rogat, ex amica eorum collocutione insperatam sibi

ne insperatam sibi asserens quietem. Somnum subrepere Ebrii creduntur viri, quos veneni virus aut titubare cogit, aut humi prosternit, quorum vitam circa ejusdem noctis conticinium dolor extorsit; quorum funeribus etiam sepulturam, Ille Tirannorum atrocissimus! denegavit „ probans Caelesti extinctos ultione, qui amicum „ qui nepotem, qui Regem haesternis exequiis sepelire vivum intende„ rint„ eamque sub pretextu Religionis impietatem Statuarum planctu seu fletu, repentino maleficorum interitu, desperata salutis gratia, multisque aliis argumentis detectam.

At

---

sibi asserens somni subreptionem. Ebrii creduntur Viri, quos veneni virus aut titubare cogit aut humi prostenit: quorum vitam circa noctis ejusdem conticinium dolor invasit et extorsit. Quorum funeribus etiam sepulturam ipse Tyrannorum atrocissimus denegavit, probans Eos Caelestiultione extinctos, qui Amicum qui nepotem qui Regem hesternis exequiis sepelire vivum intenderint, eamque sub pretextu Religionis impietatem statuerint, planctu seu fletu repentino, maleficorum interitu desperata salutis gratia multisque aliis argumentis detectam.

At

Digitized by Google

At vero his occidentibus Patriae Sideribus etiam omne decus decidit, et omnis Polonorum gloria in favillam collabsa extabuit! Illud namque illud mundi opprobrium, illa virtutum pestis, ille omnium spurcissimus, ille scortorum impudentissime gremio infusus, luxu et ignavia totus dissolvitur, nihil omnino beatius estimans quam Voluptatibus effluere: eratque Illi haec sententia celeberrima „ Ungamur unguentis optimis! repleamur vino! carpamus florem ne marcescat!„ Hic primus in fuga, postremus in praelio semper fuit: in periculis timidissimus sicubi metus affuisset inflatus: in virtutum autem acies hostis audacissimus, quas nunquam oppugnare

---

At vero his Patriae sideribus occidentibus omnis gloria et decus Polonorum occiditur. Ille namque omnium spurcissimus, ille scortorum gremio impudentissime infusus, luxu et ignavia solutus dissolvitur, nihil omnino beatius existimans, quam voluptatibus effluere: eratque illi sententia celeberrima „ Ungamur, unguentis optimis repleamur, carpamus flores ne marceant„ Hic primus in fuga, postremus in prelio: semper fuit

Digitized by Google

pugnare destitit: in omnibus flagitiorum armis exercitatissimus, nullos prorsus non expertus conatus quos virtuti nosset contrarios. Choros celebrius faemineos quam Caetus coluit viriles.

Igitur ob hujusmodi meritorum insignia peste iuaudita elanguit: ex Cadaverum namque corruptela, quae iuhumata jusserat abiici, mures insolitae quantitatis ebulire, qui Eum trans stagna trans paludes transflumina trans igneos etiam rogos tam diu insectati, donec cum uxore ac duobus filiis turri eminentissimae inclusos, morsibus amarissimis absumpsere.

J. Sic

---

fuit in periculis timidissimus, in virtutum acies hostis audacissimus, quas nunquam oppugnare destitit: in omnibus flagitiorum armis exercitatissimus, choros celebrius virgineos quam Caetus coluit viriles.

Igitur propter haec que enarravimus vitia peste elanguit inaudita; ex cadaverum namque corruptela, quae abijci iusserat inhumata, mures insolitae quantitatis ebulliere, qui eum trans stagna, trans paludes, transfluvia, trans igneos etiam rogos sunt insectati, donec cum uxore ac duobus filiis turri eminentissimae inclusos morsibus amarissimis consumpsere.

Radice

Digitized by Google

Sic Abderitae propter ranarum et murium multitudinem Patriam linquere: sic Philistini propter extalium corrosionem cum anibus et muribus aureis Arcam filiis Israel remiserunt: Huic ergo pro singulari fœditio, singulare inflictum est supplicium! sic unde semper beatus esse voluit, semel factum est ut semper esset miser: hoc enim faeminae peractum est prudentia! hic fructus Virros sequitur uxorios: haec messis creberrime innascitur crebris mulierum Contuberniis: quod in Libro legit Experientiae Vir muliere Corruptior Sardanapalus. Hunc namque Arbactus Praefectus Ejus cum inter scortorum greges in muliebri et habitu et lascivia pensa Virginibus vidisset dispensantem „ indignum esse, inquit, Virros Ei parere, qui se faeminam esse malit quam Virum „ ergo a Suis Ei bellum infertur, qui victus extructa pira et se et divitias suas in incendium miltit: hoc solum imitatus Virum! Arbactus vero Imperio potitur: laude potius quam vituperio dignior? qui

non Principandi appetiit potestatem, sed miserabilem Patriae ruinam, miserorum humeris potentius sustulisset.

M. Sed sinuosis longius evagari non convenit anfractibus, ut proposiți ut suscepti cursus itineris debito carpatur compendio. Nemo tamen id nostrae imputaverit ostentationi, quod quaedam ex aliorum Historiis principali inseruntur seriei, quae industria jubentur non preterire; tum quia similia gaudent similibus, tum quia idemptitas Mater est societatis, ut etiam non omnino desit in quo se se Lector exerceat. Nam quis uvas, quis ficus semitae altrinsecus appensas, immo sua se sponte palato ingerentes, prorsus intactas praetereat? Addecet ergo talium hilarescere gustu, non omnere sareinam. Libet autem ut ex integro Tui vasculo promptuarii, animae sitienti aliquid jucundius propinetur.

J. Imo pronus regratiandi prosternor obsequio, quod Meae tenuitā

tis acetosam non fastidis acedinem. Et mihi quidem non esset pigrum quod Posteris foret necessarium, nisi detractans emulatio meo quidem ori obiiceret silentii repagulum: dicunt enim „ haud facile deprenditur menti- „ ens in his quae nemo novit; nec fa- „ cile falsitatem vitare potest, qui de „ ignotis multa praesumit „ Procul vero! procul absistat a Vero falsi assertio, ne modicum fermenti totam massam corrumpat! quippe.

Verus Homo falsus fieri per falsa meretur.

Sic homo fit pictus: non homo sic fit homo.

M. Radice itaque Pompilii stirpitus excisa, nova Principum iniciatur successio, quorum Celsitudo tanto porrectior, tanto crevit sublimior, quanto stipes creditur fuisse despresior. Humillimi namquae Agricolae filius

---

Radice igitur Pompilii stirpitus abscissa nova Principum iniciatur successio, quorum successio tanto crevit sublimior, quanto stipes creditur

Digitized by Google

filius Zemovit nomine, strenuitatem induit, adolescit industria, virtutibus parentatur: qui suis, non suorum, suffultus meritis, prius Magister militum creatur, tandem Regia fungitur Maiestate: quod de Jpso ab ipsius pene infantiae crepundiis asserunt praesagatum.

Fuit enim quidam pauperculus Choscisconis filius cui nomen Pasth, cujus Conjugi nomen Repicza; ambo natura infimi, rebus exigui, extimatione nulli, sed purioris vitae studio sublimes! Aestuque misericordiae adeo ferventissimi ut eorum substantiola in se plerumque nulla, hospitalitatis non nunquam augeretur impendio.

Quis

---

ditur fuisse depressior. Humillimi namque agricolae filius, Semovit nomine, strenuitatem induit, adolescit industria, virtutibus parantatur: qui Suis, non Suorum, suffultus titulis et meritis, prius Magister creatus militum, tandem Regia fungitur maiestate, quod de ipso ab Ejus pene infantiae crepundiis asserunt presagatum.

Fuit namque pauperculus Chosisconis filius cui nomen Piiast, cuius conjugi nomen Repnitois Repicha, ambo natura infimi, rebus exigui estimatione nulli: sed purioris vitae studio sublimes, estuque misericordiae adeo ferventissimi, ut eorum substantiola in se plerumque nulla, hospitalitatis nonnunquam augeretur impendio.

Digitized by Google

Quis non miretur? quis non stupeat? vel candore nigrescere vel nigredine candidari. Rem tamen exilem rem pene nullam larga crescere fecit dapsilitas. A janua namque Pompilii duo pulsi Hospites horum paucorum subingredi non dedignantur tugurio, quos Domestici affectuose amplexos discumbere jubent: a quibus extremae venia paupertatis postulata, obsoniofum et braxati modicillum liquoris apponunt, orant „ ne quid, ne quan„ tum, ne de quibus? sed qualiter et „ quo exhibeantur affectu considerent

Quis non Miretur? quis non stupeat, vel augmento quid minui vel diminutione augeri? idem enim est vel candore nigrescere, vel nigredine candidari; rem tamen exilem id est eorum substantiam, rem pene nullam, larga fecit crescere dapsilitas! A janua namque Pompilii Regis duo fuerunt pulsi hospites (quos quidam Angelos fuisse, quidam Johannem et Paulum Martires credunt) horum subingredi non dedignantur tugurium: quos domestici scilicet Choszyscho et Pyast affectuose amplexos discumbere jubent, factamque de sua paupertate cenenculam, et braxati modicillum liquoris scilicet cerevisiae cum hilaritate vultus apponunt orant „ ne quid ne qaantum ne quibus: sed qua„ le et quomodo exhibeatur, scilicet affectum „ considerent, velle inquiunt nobis adjacet, posse non

„ rent; velle inquiunt nobis adjacet,
„ posse non suppetit: haec pro initi-
„ anda parvuli caesarie, pro dileban-
„ dis tonsurae primitiis de spicis caden
„ tibus compilata, vestris utinam desi-
„ deriis accesserint, quibus etsi dulcis
„ desit sapor, saporosa tamen affec-
„ tionis non deest dulcedo „ Ad hoc
Illi „ Affectus Vester operi Vestro no-
„ men imponit, quia quantum quis
„ intendit, tantum facit: nec potest
„ esse insipidum quod Sale caritatis
„ conditur, qud favo cordis instilla-
„ tur „

Quid gratum, quid dulce, pium quid grata voluntas.
Nam paleas operis aurea mens operit.

„ se non suppetit. Haec enim Vobis apposita pro
„ initienda parvuli Caesarie, ac tonsurae primiti-
„ is de spicis cadentibus compilata, vestris utinam
„ placeant desideriis: quibus etsi dulcis sapor
„ desit, saporosa tamen affectus non deest dulce-
„ do „ Ad haec illi „ affectus vester operi vestro
„ nomen imponit; quia quantum quis intendit,
„ tantum facit: nec potest esse insipidum, quod
„ sale caritatis conditur, quod favo cordis in-
„ stillatur „ *versus*

Quid gratum quid dulce pium, quid grata voluntas?
Nam paleas operis aurea mens operit.

Quibus

Quibus considentibus augere epulae, liquor exerescere adeo, ut undique mutuata vasorum capacitas non sufficeret receptui: quae non imminui quidem potuere longissimis quam plurimum Convivarum haustibus: quos eo cum Proceribus cum Rege Pompilio jusserant Hospites corrogari.

Sub tanta igitur tantorum frequentia Zemovith ab hospitibus tonsuratur, et futuri Regis festivitas miraculi consecratur praesagio: Qui velut deinter mortuos cineres, gloriae Polonorum scintillam non solum suscitavit, sed immortales Polonorum Titulos Zodiaceis pene signis inseruit. Hic enim non modo eas, quas Pompiliana deserue-

---

Quibus considentibus augeri ceperunt epulae, liquor excrescere adeo, ut undique mutuata vasorum capacitas (instar Olei mulieris in Lelitico) non sufficeret receptui, quae nec imminui potuere quam plurimis longissimis haustibus convivarum.

Jusserant nihilominus hospites Regem Pompilium cum Proceribus corrogari: Sub tanta igitur ac Tantorum frequentia Semovit ab hospitibus tonsuratur, et futuri Regis festivitas miraculi presagio consecratur.

Qui

ruerat ignavia, Nationes revocavit, sed et alias, aliis intactas, Regiones suo conjecit Jmperio: quibus Decanos Quinquagenarios Centuriones Collegiatos Tribunos Chiliarchos, Magistros Militum Urbium Prefectos, Primipiliarios Presides, omnesque omnino potestates instituit.

J. *Non est minimum in humanis rebus minima negligere, saepe enim de agrestium fruteculis Cedrena surgit proceritas: saepe margarethae inter harenarum delitescunt minutias*

sub

Qui tandem velut inter mortuos cineres scintillam Gloriae Polouorum non solum suscitat, sed et immortales Poloniae titulos Zodyaceis pene signis inseruit. Hic enim Semovitus non tantum eas quae Pompiliana destituerat ignavia Nationes revocavit, sed et alias, aliis intactas, Regiones redigens suo conjecit Jmperio: quibus Decanos Quinquagenarios Centuriones Collegiatos Tribunos. Chiliarchos, Magistros Militum, Urbium Prefectos, Primipilarios, Presides, omnesque omnium Potestates instituit.

Non ergo est minimum in humanis rebus minima negligere. Saepe namque de agrestium fruteculis Cedrina surgit proceritas: saepius margare-

Digitized by Google

sub cinere maxime virtus viget scintillarum: generosa quoque Magnanimitas nec turritas semper Urbes inhabitat, nec pauperum prorsus aspernatur tuguria.

Nobilitatur enim saepe palmes, palmite vitis
Nobilitat fontem, fonte redempta sitis.

Nam (ut nota de David, de Saule, de Jeroboam servo Salomonis, aliisque quam pluribus exempla preteream) Gordius conductis arans bobus, omnium genere avium circumvolitatur: querit augurem? cui

Vir-

---

garethae inter arenarum minutias delicescunt: sub cinere maxime virtus viget scintillarum: generosa namque magnanimitas nec turritas semper Urbes inhabitat, nec pauperum prorsus aspernatur tuguria. *versus*

Nobilitatur enim saepe palmes, palmite vitis.
Nobilitat fontem, fonte redempta sitis.

Nam ut nota de David, de Saulo, de Jeroboam servo Salomonis aliisque quamplurimis habemus exempla, Romani denique tales Reges habuerant. Frustra igitur nostri degeneres

Virgo, eximiae pulchritudinis (quae Illi casu occurrit (*)) Regnum portendi respondit: polliceturque Se tam matrimonii quam spei sociam. Inter Phryges oritur seditio: docent Oracula Rege discordiis opus esse. Rursus de Persona Regis querentibus? Regem jubentur observare, quem primum in Templum Jovis in plaustro euntem reperissent. Obviat Illis Gordius, statimque Eum Regem consalutant. Ille plaustrum quo advectus erat, Templo consecrat.

M. De hoc ne antiqua cecinere Oracula?,, si quis Gordii jugum solvisset, Eum tota Asia Regnaturum,,

J. *Utique: capta enim Urbe Magnus Alexander et jugum plaustri re-*

qui

ras ex alti generis umbra gloriantur! de roseo namque et rosa nascitur et spina pungens. Ignoras ejusdem esse vitis vinum et acinum? nescis ejusdem venae aurum et scoriam? paleam constat in grano concipi et granum in palea. Imo tales esse debent Principes, qui cum paupertate

noverint

(*) ex alio Cod: M: S.

quisivit, et Capita loramentorum scissis nodis invenit.

Agathocles quoque Patre figulo natus, forma tamen et corporis pulchritudine egregius, Regi Siculorum Dyonisio succedit. Rex item Asiae Aristonicus de Cytharistae filia snsceptus etiam Romanos praelio fudit.

Ad quid vero interest ut quis Datemio exprobraverit, quod operam locare ad puteos exhauriendos, ortosque irrigandos consuevit? Hic tamen insignis fuit prae Caeteris Rex Sidoniae ab Alexandro constitutus, multis spretis Nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putaretnr.

Idem Alexander ex gregario milite virtutis causa Ptolomaeum provexerat, qui post Eum Egyptum Afrycam Asiam Lybiaeque partem obtinuit.

Romani deniquc tales Reges habuerunt quorum nominibus erubes-

cant

---

noverint habere convitia; quia difficele est Eum revereri virtutes, qui perprospera usus est fortuna: Unde cuidam a Sapiente dictum est „ sem-

per

Digitized by Google

cant aut pastores Aboriginum, aut Aruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut servos vernasque Tuscorum, aut lupae nutricios?

Frustra igitur nostri degenerés de Alti generis umbris gloriantur! frustra deGigante natus navalus de gigantea superbit quantitate! de roseta siquidem et rosa nascitur, et spinae pungitivum: ignoras ejusdem esse vitis vinum et acinum? nescis ejusdem venae aurum et scoriam? paleam constat in grano concipi, et granum in palea. Jmo tales esse debere Principes qui cum paupertate noverint habere commercium, quia difficile est Eum revereri virtutes, qui semper prospera usus est fortuna. Unde cuidam a Sapiente dictum est „ Semper Te „ puta miserum quia numquam fu- „ isti miser!„

M. Erra-

„ per Ta puta miserum quia nunquam fuisti „ miser!„ errare ergo penitus eos fateor, qui aureum Nobilitatis Thronum in lumbis figunt non in pectore! *unde versus.*

Nobilis est Ille quem nobilitat sua virtus.
Semovito itaque.

Digitized by Google

M. Errare penitus eos fateor qui aureum Nobilitatis Thronum in lumbis figunt non in pectore: cur nam Nobilis est, virtus quem sua nobilitat.

Sed cursu nuperrimo quendam offendi scrupulum, a quo Tuo munere oro experiri: Nam ut ex ipso gentilitatis ritu presumitur, si superstitiosa sunt tonsurae libamina, cur superiori miraculo videntur consecrata? cur Fidelibus non solum non sint inhibita, sed celeberrima devotione solempnia? Quod si seria, si ullius est misterii talium institutio; cur ab eis qui se in Cunabulis prudentiae natos asserunt, cachinno ridiculo excipitur?

J. *Temerarium est de incertis temerariam precipitare sententiam. Unde Tui prudentes, si prudentes essent, discere potius didicissent incognita, quam deridere ignorata. Nec enim de ea loquor cujus initium a Nazareis imitatur Ecclesia, quoniam tondelae rationem paucos ignorare puto, sed si causam institutionis noveris, nec*

Digitized by Google

superstitiosam nec ridiculam nostri tondelam Ritus agnosces. Instituta ergo est hujusce forma, et formae solempnitas, ut per Eam robur haberet adoptio, ex qua propagatur quaedam legalis cognatio, sicut ex baptismo seu Confirmatione spirituali.

(Sunt autem adoptionis duae species: Arrogatio scilicet, et Simplex Adoptio. Arrogantur qui sui juris sunt, simpliciter adoptari dicuntur filii familias qui in Sacris Parentum sunt: et prius quidem, Prior adoptandi modus fiebat Principali Rescripto; Secundus vero Imperio Magistratus. Nunc etiam non ex petito Principali Oraculo celebratur apud nostros Adoptio, dummodo legitima non defuerint testium instrumenta.

Huius autem Cognationis Adoptivae (quae per artificium Juris civilis est introducta) tanta est religio, ut nec matrimonii pretextu possit violari: sicut namque Spirituales filii, sic adoptivi non possunt jungi naturalibus, nisi altero eorum emancipato. Unde in Codice .. „ in-

Digitized by Google

„ ter fratres et filios spirituales non po-
„ test esse legitimale conjugium, quin
„ quidem nec inter eos quos adoptio jun-
„ git, Matrimonia contrahi leges permit-
„ tunt „

Hinc iu Digestis Titulo: De ritu nuptiarum Per Adoptionem, quesita fratcr-
„ nitas eo usque impedit nuptias donec
„ maneat adoptio „ ideoque quam Pa-
ter meus adoptavit et emancipavit, po-
tero uxorem ducere. Similiter in Jnsti-
tutis Titulo: De Nuptiis „ Si quae per
„ adoptionem Soror Tibi esse cepit, quam
„ diu quidem constat Adoptio, sane in-
„ ter Te et Eam nuptiae consistere non
„ possunt: cum vero per cmancipatio-
„ nem dissoluta sit adoptio, poteris Eam
„ uxorem ducere „

Queritur? si in Filiam vel in Neptem aliquam adoptavero, potero emancipatam ducere? Minime: ut habetur eodem Titulo „ itaque Eam quae Tibi per adopti-
„ onem Filia esse cepit aut neptis, non

Digitized by Google

„ poteris uxorem ducere, quamvis Eam „ emancipaveris„

In hac vero tonsione Solempni ambae plerumque species Adoptionis concurrunt: nam qui tondetur, incipit esse tondentis nepos per simplicem Adoptionem; Mater vero Ejus fit Soror Adoptiva Ejusdem per Arrogationem. Non erit ergo celebre hoc Adoptionis genus quod tam legitima et Causa precedit et ratio? ideone dignum detestatione putabimus quod hunc Ritum et concepit et peperit Gentilitas? talium vero sunt emptio, locatio, mancipiorum obligatio, et alii bonaefidei Contractus.

Nam quod in quinto Codicis (*) *„ Latam de Adoptione et Arrogatione „ Sanctionem, resecari Jubet Jmperator „ nec ulterius esse ferendas„ pro Jllis dictum est qui suos Manseros adoptant, et libidinem illicitam quodam legis palliant colore: [quod intelliges si illum locum diligentius discusseris.*

(*) Titulo de naturalibus filiis. *ex alio Codice MS.*

Digitized by Google

Caveamus autem movere talia quia ipsi talibus utimur: irreligiosum enim est ea non venerari, quae ratio instituit, quae devota Maiorum veneratur Religio.)

M. Jam velut quodam haesitationis soluto compede, celeriuscule solito cursitare libet, quos et gressus rapit liberior et via delectat expeditior.

Semovito itaque filius Ejus Letzco Letzconi vero filius ejus Zemimisl succedit: quorum utrumque Animi generositas, robur corporis, felices ad omnia successus adeo reddidere insignes, ut omnium pene Regum virtutes, suis antecesserunt virtutibus.

De

Semovito itaque filius ejus Lesteho: Lestchoni vero filius ejus Szemomisl succedit: quorum utrumque animi generositas, robur Corporis, felices ad omnia successus, adeo reddere insignes, ut omnium pene Regum virtutes suis antecesserunt virtutibus.

De

Digitized by Google

De Zemimisl autem famosus Ille Mesko caecus gignitur: caecus septennio educatur: qui anni exitu septimi Divinitus illustratur, visuque recepto aetatem vicit industria. Sed tantisper lumine cassus rationis caecitate usus est, quod septem pellicum scortis quas Conjuges nuncupabat, nocturnas variare vices consueverat: his tandem repudiatis de Boemia quandam Dubrawcam nomine, matrimonio copulat: Cujus felici consortio glacies infidelitatis dissolvuntur, et nostrorum labrusca gentilium in verae vitis palmites transmigrant. Huic enim catholicae fidei amantissimae, non prius nubere collibuit, quam universum Poloniae Regnum Christianae professionis susceperisset caracterem: didicerat namque quod dispar cultus unum erat impedi-

---

De Mestcons 'caeco require in Annalibus Polonorum e c t.

De Szemomisl autem famosus ille Mesco Caecus gignitur: caecus septennio educatur. De isto Mestkone quomodo illuminatus sit? et quomodo septem pellicibus omni Nocte utebatur? et quomodo, ultimo duxit Dubrowkam filiam Ducis,

ditimentorum Matrimonii. Primus itaque Rex Polonorum Mesko gratiam Baptismi suscepit.

J. *Omnium omnino hic primus regum ac Serenissimus, per quem huic Patriae novi jubar Syderis est infusum per quem tantae fons Gratiae Baptismi ad nostri usque luti alveolos manavit: Cujus gesta non tam in Cortice sunt dulcia, quam fecundo interius veneranda Misterio: Illius enim, caecitas nostra nimirum fuit privatio, quos Veri luminis orbaverat carentia. Nam quid Illius pueritiae septennium? quam nostrae insipientiae nostri erroris universitatem estimabis: septennarius enim uuiversitati desservit. Unde non dico Tibi* dimittendi septies *sed* septuagies septies *idest universam transgressionem. Similiter* lavaris septies *id est* universaliter de universis *et mundaberis. Ille ergo septem annis infantiae, Nos universo Nostrae obstinationis tempore cal-*

li-

cis Bohemiae? et qualiter per ipsam Rex et populus conversus est ad fidem? Require in annalibus Polonorum.

Porro.

Digitized by Google

ligavimus. Illi anni fine septimi visus restituitur, Nobis in quos fines saeculorum devenerunt! Septiformis gratiae lux oritur! Ille septem pellicibus detinetur, Nos generalibus septem vitiis maritamur: Unicae tandem Ille copulatur, et Nos unice Unius id est Ecclesiae amplexibus federamur.

Dictus vero est Meska id est turbatio quia Caeco nascente Parentes turbati sunt: vel mystice, quia ab Ipso initiata videntur belli Spiritualis apud nos Seminaria: per Ipsum enim „ in „ seminatum est bellum bonum ut „ ruperetur Pax mala „ aut forte ut ait Evangelium „ Non omnes Cordae „ in Cythara resonant „ nec quotquot in mysticis ponuntur mysticum habent intellectum.

M Porro de tam generoso stipite surculus vegetatior Palma erupit faecundior Meskonides Boleslaus! qui adhuc tenellas Fidei primitias, adhuc in cunis vagientem Ecclesiam,

tam

Perro de tam Generoso stipite surculus vegetatior, palma erupit fecundior, Mesconides Boleslaus! Qui adhuc tenellas fiidei primitias adhuc

Digitized by Google

tam tenero amplexu, tam adulta fovit teneritudine, ut geminam Metropolim instituerit, ut debitas Suffraganeorum Dioceses utrique deputaverit: ipsarum quoque Diocesum distinctiones certis limitibus insculpsit.

Nihil enim est quod lumine clariore prefulgeat, quam recta Fides in Principe! nihil est quod ita nequeat occasui subjacere, quam vera Religio! unde ad cumulum Religionis, Patrem Sanctitatis ac Patronum, Beatum Adalbertum (infinitis Boemorum injuriis actum) devotissime suscipit, reverentiam exhibet, omni studio veneratur: Quem Sanctus ad plurima paucis instruxit

---

adhuc in cunis vagientem Ecclesiam, tam tenero amplexu, tam adulta fovit teneritudine, ut geminam Metropolim instituerit (unam Cracoviae et aliam Gnesnae) ut debitas Suffraganeorum Dioceses utriquae deputaverit: ipsasque Diecesium distinctiones certis limitibus inseulpsit. Hic ad Cumulum Religionis, Patrem sanctitatis ac Patronum, Beatum Adalbertum (inflnitis Bohemorum affectum injuriis) devotissime suscepit, reverentiam exhibet, omui studio veneratur: quem Sanctus Pontifex ad plurima paucis diebus informat.

De

Digitized by Google

struxit „ Digna inquit, vox est Maie-
„ state Regnantis, Legibus alligatum
„ Principem se profiteri : adeo de
„ Authoritate Juris, Principum pendet
„ authoritas! Jus vero Divinum Hu-
„ mano praeiudicat, Lex namque Do-
„ mini irreprehensibilis : Lex im-
„ maculata, convertens animas! Om-
„ nium igitur Fili quae agis, e Divinae
„ speculo justitiae formam mutuare!
„ Nam revera omni majus est imperio,
„ Legibus Ecclesiae omnem submitte-
„ re Principatum!„

Tam fidelem eruditionis formu-lam, non infidelis Jlle Auditor cordis sacrario impingit, tam Se quam Suos Religionis scabello substernens, om-nium de Se a Viris Religiosis exigens censuram : et ne ullius possit incir-cumspectionis argui, ne ullum in eo locum

---

De isto Boleslao in vita et legenda S. Stanislai (*) multa inveni: qualiter Otto Jmperator Eum videre desiderabet? et quomoda ad Gnesnam

---

(*) Vide Fragmentum ejusdem Libri de Passione S. Stanislai in Chronica Martini Galli pagina 69: 93 et Sequ: Edit Gedan:

Digitized by Google

locum ulla inveniret levitas, Altis Prudentum gaudebat occupari Consiliis: duodecim namque delegerat Summi Consilii Viros, quorum Sacra jugiter sugebat ubera, de quorum pectoribus velud quibusdam Divinis fontibus omnimoda virtutum eliciebat rudimenta.

Hic delinquentium culpas et districte noverat parcere, et pie resecare: nam nec sine ultione fuit pius, nec sine pietate districtus: adeo ex mansuetudine (: quasi electri purioris cujusdam temperamenti) rutilabat in Illo serenitas, ut nec rigor esset rigidus, nec mansuetu-

---

nam ad limina S. Adalberti veniens Eum Imperiali diademate decorat?

Hujus enim universa supellex aut in animi dotibus vtguit, aut in Armonia strenuitatis resplenduit: quibus Seleuciam Pomeraniam Prussiem Russiam Moraviam Bohemiam suae subiungens ditioni, reliquit suis posterioribus vectigales, in urbe Pragensi Secundariam sedem sui Regni constituens. Hunnos scilicet Ungaros Cravatios et Mardos gentem validam Suo mancipat Imperio. Imo Saxones indomptos adeo edomuit, ut in Sala (quod nos Zolava dicimus) flumine columnam fixerit ferream, quasi quibusdam cer-

tis

suetudo dissoluta! Tanta Jlli alienae Calamitatis fuit compassio, ut prius alienis quam propriis occurreret incommodis: qnare in causis oppressorum non Judicem se gessit sed Patronum: si quid tamen severius insta in aliquem exegisset sententia, modicillae precis interventu expiabat, nonnunquam et Suae delinitus Coniugis amplexibus mansuescebat.

Quid plura? Nihil Jlii defuit qnod virtuti consonum, qnod honestati fuisset consentaneum. Jdeoque Jmperator Otto Rufus desiderio experiendi ea quae fama de Boleslao diffuderat Poloniam ingreditur, quasi B. Martiri Adalberto votivam exhibiturus reverentiam. Qui omnibus diligenter circumspectis ,, frustra, inquit, frustratorios ,, de hoc Viro suspicabar divulgari ,, rumusculos! frustra famam loquaci- ,, tatis criminabar, quam nunc potius

tis gadibus sui finem statuens Jmperii. Hic Boleslaus Rutenos in tanta stravit copia, donec Bug flumen cruoris concretum est coagulo. *Caetera quaere in annalibus.*

Post Mortem

Digitized by Google

„ us mutam dixerim et elinguem, in-
„ vidam ac tenacem, quae plura quae
„ maiora sepeliit silentio, quam tuba
„ veritatis preconetur! Unde Hunc
„ amicissimum nostri Jmperii non in
„ partem vocari solicitudinis, sed ple-
„ nitudine addecet Potestatis gloriari,
„ utpote in quo ipsa potestatum Cel-
„ situdo gloriatur, non tam excelsis
„ Honorum gradibus, quam Jllius ex-
„ cellentia sublimis,, Jmperiale itaque
sibi Diadema detrahens, capiti Bole-
slai non sine reverentia imponit, Jl-
lius econverso gulimate suum Caput
cohonestans. Et licet argenteas offici-
nas, auream supellectilem, officiosissi-
mos etiam Officialium ornatus, licet
omnia duceret admiranda; Jpsius ta-
men virtutes non satis potuit admirari,
quas velut in quoddam spherae glomi-
cellum, in hunc solum et vidit et in-
vidit congestas.

J. *Nunc tandem Viri bona lau-
dasti! omnia enim quae pretio nitent
alieno, aliena sunt; omnia fortunae
bona sunt non nostra; meas enim pu-*

taverim

taverim gemmas quae in pectoris nascuntur armario. Unde quidam ad Philosophum ingressus, fuliginosae situm mansiunculae, supellectilis ariditatem, Ipsum vero habitu pannosum, vultu squallidum macie videt horribilem, nasum in rugas contrahit, omnia illi imparat, de omnibus Illum objurgat. Cui Sapiens„ in *aliena* inquit mansitatione me hodie occupatum invenisti, meam crastino si libet contemplare, lautissimo excipiendus apparatu„ *At Ille: actum puta. Die vero condicto introducit Illum Philosophus in aedem quandam in qua forte tunc quorundam Praedivitum Sodalitium erat futurum*„ hic *inquit* habito, hic nostrae splendor supellectilis, non ille squallor haesternus„ *locat Illum sella eminentiore, amictu exornatis purpureo, Vernulas enim Vasa vestimenta a Domino Domus corrogaverat: apponit Illi discum argenteum vacuum, et alterum cicutis partim concisis refertum, dicens*„ *Vescere Sodes! respondit Ille*„ Quid nam vescar? hoc insane, illud horribile„ *Cui Philosophus*„ tam plenae tam sa-

Digitized by Google

pidae sunt prudentibus Divitum delitiae „ *offert Jlli duo pocula unum Aureum alterum fictile, fel in aureo nectar in fictili* „ hoc *inquit* est quod in divitis fulgore admiraris, illud in pauperis squallore fastidis: aestima quid eligendum putes? in auri superbia felis acrimoniam? an favum in Samiis nectareum? „ *deinde jubet ex industria sellam (cui Jlle insidebat) clam subverti: a qua lapsus de laterum queritur laesione: tum non nullis chachinno diffluentibus ait Prudens* „ Nihil hio novi „ talis enim est natura sublimium, ut quo fuerint celsiora, eomagis ad ruinam prona: familiare autem est sublimibus familiares habere infestos: ideo collaterales illis esse debere laterum molestias „ *Omnibus denique detractis indusiis ab Aula eijcitur, afficitur contumeliis, flagris conciditur: aperit Jlli omnia aliena esse, docet alienis non posse abuti nec debere, jucundioresque in paupertatis diversorio, quam in domibus Regum esse delicias: Jucunda enim res est laeta paupertas: sed*

Digitized by Google

paupertas non est si laeta est „ Qui „ ergo *inquit* nostram domum intra„ verit, Nos potius miretur quam no„ stram supellectilem„

M. Vereor autem ne Boleslai facta verbis assequi non possim, in quibus enim elinguis fit discursus idest eloquentia obmutescit. Hujus enim universa supellex aut in Animi dotibus viguit, aut in armorum strenuitate resplenduit: quibus Seleuciam Pomeraniam Prussiam Moraviam Bohemiam suae subijciens ditioni, suis posteris reliquit vectigales, Urbe Pragensi secundariam sui Sedem Regni constituens. Hunnos seu Hungaros, Cravatios et Mardos (gentem validam) suo mancipat Jmperio: immo et Saxones indomitos adeo domuit ut in Sale fluvio columnam fixit ferream, quasi quibusdam gadibus sui fines Jmperti disterminans. Nam ab Oriente in aureis Kioviae valvis metarum alteram impegit: ubi mucronis ictu creberrimo, (Urbe capta) veluti quoddam Boneesignum in aurea civitatis porta excidit, Ubi quendam sui sanguinis Regem cre-

Digitized by Google

at, ipso Ruthenorum Rege non praelio quidem, sed solo ignaviae metu profligato. Nam cum Illi Boleslaus imminere nuntiatur, ut erat nugis piscationum intentissimus, hamum cum Regno abijcit dicens „ Ejus hamo su-
„ mus intercepti, Qui siluros prendere
„ non didicit„ quo vix dicto in fugam tremebundus convertitur. Fuga tutior quam prelii congressu felicior.

Boleslao siquidem post felicem de Hostibus triumphum remeante, ac toto pene Illius exercitu deflexo, iste Profugus tam Viris quam viribus collectis a tergo subrepit, ratus aut incautum insidiis involvere, aut improvidam obruere multitudinem. Quibus eminus Ille visis ait
„ Istos ipsos o Socii! pulvis pecorum
„ calcibus excussus, exuit a Castris!
„ Isti arena muculentissimi desides, a
„ mucrone ante Casum occidunt, an-
„ te impetum succumbunt! arcendi
„ tamen sunt volatiles muscarum acu-
„ lei, quia etiam contra ignavos mo-
„ lesta est torpedo: turpis est igna-
„ via! nec Vos moveat inexercitatae
„ plebis centuplati exercitus, quia in

Digitized by Google

„ paucioribus Via liberior, et circum-
„ spectior est strenuitas: nec multo
„ gloriosior vincens multitudo quam
„ victa paucitas; ergo quia cum sar-
„ cinis facile nemo enatat, abijci con-
„ venit praedae occupamina! jucun-
„ dius enim est victoriae gloriari tri-
„ umphis, quam praedociniis impre-
„ gnari!„ Ad haec Illi „ Animo inqui-
unt „ desideranti mora est ipsa ce-
„ leritas: cui ergo vacat, hostilium
„ capita computet Legionum, Nostri
„ enses interim capitum supputent
„ minutias!„

Confertissimas itaque penetrant acies, ferrea ferro demetunt papaverat nec saturata est insatiabilis Leonum rabies, donec extrema rotata sunt Cadavera, donec Bug flumen cruoris concretum est coagulo.

Non angusto rursus decurso tempore Boleslaus Russiam, Ruthenus Poloniam ingredi gestiunt, et interjectu cujusdam fluminis (qui Regna limitabat) Castra ex opposito metantur. Cum Barbarus Ille non tam dispecta, quam despecta Polonorum paucitate, Suorum numerositate recensita, quodam extollentiae fastu super Se ra-

Digitized by Google

pitur, neminem pre Se hominem ducit, et inanis captiosus gloriolae, Glorioso mandat Boleslao ., Aper seclusus „ est ab indagine, sus in volutabro deprehensa cassibus involvitur: quam „ necesse est nostrorum exercitamina „ catulorum experiri, et luctuosum „ de se prebere spectaculum „ Cui Jlle „ Vir Vanus, inquit, in superbiam „ erigitur, et quasi pullum Onagri se „ liberum natum putat: me Aprum „ me Suem vocat? nec fallitur: hic „ namque singularis ferus forsitan Jllum depascet: Sus ista robustorum „ fecundissima, Divino utinam opitulamine, sic illos Canes exerceat, ut „ illorum sanguine debrietur! Sed armis puto dimicandum non verbis„

Interea utriusque partis Clientuli se mutuis provocant contumeliis, vicariis lacessunt injuriis, cum Polonorum latranculi Castra hostium irrumpunt, quorum quosdam obruunt, quosdam diffugio impellunt: qua re cognita Boleslaus acies ordinat, Castra movet, classicum jubet instrepi clangorem, hostes insectatur, de omnibus triumphat. Nam et Rex cum primis

Digitized by Google

Procerum capti, canum instar copulae innexi protrahuntur: Non injuria? utpote quos Suus Princeps catulos nuncuparat. Quod tamen egregius Victor egre tulit „ Miserum inquit, est „ miseris insultare: quia nihil Tibi de „ Alio fortuna permittitur, quod alii „ de Te permittere non possint.

J. *Exitus jactantiae casus est: finis humilitatis in gloria! Nihil enim displicentius, nihil Deo infestivius, quam cervicosus arrogantiae tumor, qui multos subvertit, qui nonnullos vertit in belluas! Idem fastus, Darii copias nimbis obruit et grandine: nam Alexandro bellum contra Darium gestiente mittit Ei Darius tria munuscula; pilam qua ludunt pueri, scuticam qua corripiuntur, et aureos, cum hac Epistola* „ Darius Rex Regum et Consanguineus Deorum, Alexandro famulo suo Salutem! Puer es, reverte ad Parentes Tuos qui famuli mei sunt: pilam misi Tibi ut ludas, cum adhuc puer sis: scuticam quia adhuc correctione eges: aureos quia scio Te indigere: et Ego si vellem,

Digitized by Google

totam Terram quae usque ad pedes Tuos est, possem talibus consternere, et cum puer sis non est Tecum armis confligendum „

Ad haec Alexander „ Dario Regi Regum et Consanguineo Deorum Alexander! munera quae misisti longe aliter interpretor: pilae rotunditas spondet mihi Orbis Imperium: in scutica, vincula quibus Te cum Tuis vinciam intelligo: in aureis, quod omnium Tuarum debetur mihi opum possessio: et oportet Te armis pugnare non verbis „

Cumque congregasset Darius infinitos exercitus, facta est tanta grando cum nimbis in exercitu Darii, quod putares Deum contra Illum confligere: Qui curru desiliens, cui cum uxore ac liberis insidebat, vix beneficio noctis evasit: Uxorem vero et liberos ejus cum perpluribus cepit Alexander, quos habuit in Regali honorificentia, mortuos autem qui audacter pugnaverant, magnifice sepelivit.

Sic namque Sapiens vincit, ut nemo victorem sentiat. Sic Philippus

Digitized by Google

inter tacitam laetitiam et dolorem hostium temperavit, ut neque apud suos Victor exultasse, neque victos insultasse videretur.

M. Tam secundis vero Boleslai successibus, filius ejus Mesco secundus non tam secundo successit auspicio. Quia enim Paterna voluit esse contentus gloria (quam nec augere quidem, necdum transcedere Quis poterat) nec Civibus tam gloriosus, nec hostibus adeo visus est terribilis: nam si quae cum quibuspiam gessit praelia, necessitatis ea fuisse constat non virtutis: coacta non voluntaria: non quia ulla Illi strenuitas, sed quia diligentior

---

Post mortem denique Magni Regis Boleslai A. D. 1025 Mesco filius ejus regnavit pro eo. Hic fuit spiritu immoratus a probitate Patris, licet habuerit uxorem nobilem, Sororem scilicet Ottonis Imperatoris. Qui cum desidia et deliciis resolutus Rempublicam regnive administraret, et propriis non Communitatis utilitatibus intenderet, coeperunt exterae nationes, quae Patri suo vestigales fuerunt, minus timoris reverentiae et honoris Eidem impendere, et tributa Regionum denega-

tior conservandi ratio, quam acquirendi inerat libido „ Satis enim absur„ dum putabat, cum in habendo cer„ tus haberi modus debeat, acquisi„ tioni modum non ponere: tamen et „ si quid nullius in bonis est, occu„ panti concedat, ab omni tamen ali„ ena est jure, alieni occupatio„

Hic igitur ex Jmperiali Ottonis III Sorore insignem genuit Kasimirum: de quo diverso modo series texitur historiae. Dicunt enim quidam quod post Mesconis decessum Uxor ejus, filio adhuc immaturo regnum credere non ausa, Regni suscepit gubernacula, Quae

quia

negare. Quia enim Peterna contentus gloria, ideo nec gloriosus Civibus nec hostibus visus est terribilis; nam si qua cum quibuspiam gessit prelia necessitatis ea fuisse constat non virtutis, coacta non voluntaria. Non quod illi nulla streniutas fuerit, sed quia diligentior conservandi ratio, quam acquirendi inerat libido „ Satis enim „ absurdum putabat, cum in habendo certus mo„ dus debebatur, acquisitioni tamen modum non „ ponere „ Hic igitur ex Jmperiali Ottonis praefati Sorore Jnsignem genuit Kazimirum.

De isto Kazimiro series Historiae texitur modo diverso. Dicunt enim quidem, quod post Meschonis decessum, uxor ejus filio adhuc immaturo Regnum credere non ausa, Regni suscepit guber-

quia equo violentior visa est, immo Teutonorum, Patriae indigetibus quantumlibet primis, quoslibet inquilinos, et suorum lixas Teutarum preponere cepit, a Civibus profligata est, in exilio consenuit, parvulo Kazimiro sub fideli Procerum tutela reservato. Qui dum in virile robur evaserat, immerita exhereditationis pena mulctatur; timentes enim Proceres ne Maternas in Ipsis prosequatur injurias, exilio propulsant.

Aliis aliter visum est: Dicunt enim hujus Matrem parvuli, in ipso partu expirasse: Ipsum vero inter ipsa crepun-

---

gubernacula: Quae equo violentior visa est, imo quia Patriae nobilibus quantumcunque primis, quoslibet suorum Territarum idest Theutonicorum lixas idest coquinarios, proponere cepit, a Civibus profugata in exilio prosenuit, Casimiro parvulo sub fideli Procerum tutela reservato. Qui dum in virile pene robur evaserat idest excreverat, immerita exheridatis pena mulctatur; timentes enim Proceres ne Maternas in Ipsis prosequatur injurias ipsum quoque non dispari exilio propulsant.

Aliis aliter visum est: ajunt enim hujusmodi Matrem parvuli in ipso partu expirasse, Ipsum

pundia (ut alterum Herculem) novercales expertum delicias. Pater enim, ut assolet, nunc pueri exosculans oscellum, nunc tenerum demulcens pectusculum, crebris anhelat flammis, tacitis scinditur suspiriis, lachrymosis efluit imbribus, mortuae licet uxoris cineres vivos gestat in pectore: vultus enim filii speculum est Matris Ejus.

Quod noverca advertens, versutia dolos versatur, instruit insidias, puero necem intemptat, ne pellex in Se mortua, in prole videatur superstes, ne non sua soboles Regni tandem successione potiatur. Secrete ergo

---

num vero inter crepundia, alterum Herculem, novercales expertum delicias (crepundia dicuntur a crepitu idest sono qui fit ad sopiendos infantes) Meszko vero uxore mortua nunc parvuli exosculans oscillum, nunc tenerum demulcens pectusculum, crebris anhelat flammis, tacitis scinditur suspiriis, lacrimosis effluxit imbribus, mortuae licet Uxoris cineres vivo gestat in pectore, vultus enim filii speculum est Matris Suae. Quod noverca advertens, industria versutia dolos versat, instruit insidias, puero necem intentat, ne pellex in se mortua in prole videatur superstes, ne non sua soboles Regni tandem successione

Digitized by Google

ergo quendam Assecretem lenocinariis circumscribit sermunculis, sponsionum circumvenit blandiciis, aureis persuadet donativis, ut puerum exponat. Efficacissima enim est benevolentiae Conciliatrix pecunia! nec est qui non peroret qui auro allegativas et ponderat et maturat sententias.

Vir tamen tam Deo quam prudentia plenus, ut Illum a morte redimat in eius mortem verbotenus consentit, quem sub occissionis simulatione tollens, quidam Caenobio commisit alendum. Post modicillum vero tempusculi decedit Pater, proscribitur noverca, Regnum destituitur, Patria desolatur

---

ne potiatur. Secreto igitur quendam assecretam lenocinativis circumscribit, sponsionum circumvenit blanditiis, aureis persuadet donativis, ut morti exponat (efficacissima enim est benivolentiarum conciliatrix pecunia! nec est quod non obtinet *alias oppetat*, qui auro allegativas ponderat et inaurat sententias) Vir tamen tam Deo quam Scientia plenus, ut puerum a Morte redimat verbotenus consentit; Quem sub occisionis simulatione tollens quidam Caenobio committit alendum. Post modicellum autem tempusculi decedit Pater, proscribitur noverca: Regnum destituitur

latur, seditionantur Cives, grassantur Hostes, Urbes Municipia domesticis exuta presidiis ab extraneis occupantur, dissipatione dissipatur Terra, direptione predatur. Caeterum Jlle Fidelis non immemor depositi, quibusdam hujus Reipubiicae amantissimis de puero suggerit „ in quo unicum „ tantae desolationis solatium, singu„ lare tantae cladis remedium Divino „ ait munere provisum non sua ser„ vatum industria„

Erat autem robustorum collecta manus quae unius tantum Oppidi (*) tuta

---

stituitur, seditionantur Cives, grassantur Hostes, Urbes Municipia domesticis exuta presidiis ab extraneis occupantur. Caeterum Jlle Vir fidelis, depositi pueri non immemor quibusdam huius Reipublicae amicissimis de puero suggerit„ in quo u„ nicum tantae desolationis solatium, tantaeque „ cladis singulare remedium Divino ait Numine „ provisum, non sua servatum industria„

Erat autem robustorum manus collecta, quae unius tantum Oppidi tuta praesidio, contra omnium

---

(*) Scilicet Suchodol quidam dicunt Lendo ex *Alio Codice M. S.*

Digitized by Google

tuta praesidio, contra omnium assultus hostium, jam non Regnum sed exiles Regni reliquias defensabant. Horum ergo studio Patriae restitutus Kasimirus, Patriam hostibus eripit, vendicarias ab undique potestates eradicat, a singulis circumqnaque Provinciis Principes abigit abortivos, et debitas revocat obsequelas.

Cumque omnes gratulatissimi ad Jllius numen concurrerent, Ejus adorarent Maiestatem, sola Masoviorum Provincia non solum Jlli non affavet, sed atrocissime bellum infligit, quam Quidam de sordido quidem famulitii genere, Avo originario sed vir et facun-

---

omnium assultus hostium, iam non Regnum sed exiles Regni reliquias defensabat. Horum igitur studio Patriae restitutus Kazimirus Patriam hostibus eripuit, vendicarias ab undique Potestates eradicat, a singulis circumquaque Provinciis Principes abigit abortivos, et debitas revocat obsequelas.

Cumque omnes gratulatissimi ad Jllius nutum concurrunt, cum omnes ejus adorarent Maiestatem; sola Masoviorum Provincia neque solum illi non favet, sed atrocissime bellum infligit; quam quidam de sordido famulicii genere, Avo

cundus et strenuus nomine Mazlaus principandi ambitione occupaverat. Hic XXexercitatissimorum Cuspidariorum contra Kasimirum armat exercitus exceptis Sagittariis balistis bipennantibus spatariis, imo etiam Finitimis tam equitum copiis quam peditum, qui eo spe questus illecti confluxerant: fortunam secuti non hominem!

Quibus omnibus a Cassimiro confectis, non minores rursus vires instaurat: quatuor Maritimorum acies, totidem Geticas, nec non Dacorum ac Ruthenorum larga asciscens suffragia: quos nulla remoratur dificultas, non ut Amico

morem

Avo originario, sed vir facundus et strenuus nomine Maslaus ambitione occuparat. Hic exercitatissimorum Cuspidariorum contra Casimirum armat exercitus, exceptis ballistariis Sagittariis bipennatibus Spatariis (spata est gladius ex una parte acutus scilicet Sabla) imo infitissimis tam equitum quam peditum copiis, qui eo spe questus illecti confluxerant, fortunam secuti non hominem.

Quibus omnino confectis, non minores virorum rursus vires instaurat: quatuor Maritimorum acies, totidem Geticas idest Prussorum, nec non Dacorum ac Ruthenorum larga asciscens

idest

morem gerant, sed ut hosticam odii rabiem, et antiquam invidiae sitim cruore Polonorum expleant. Sed quantum a voto procul sepe hominum vota recedunt!

Nec semper feriat quocunque minabitur arcus.

Res illorum in Contrarium atque speraverant relabuntur: omnes enim velut levem stuppae favillam Noster ventilat Unicornis; omnes Kazimirus turbine occisionis quasi procella fulguris involvit.

Ambitionis autem Ille princeps ad Getas transfugit, ubi excelsiore dignitatis gradu sublimatur. Getae namque non parva suorum cede saucii, omnes in Illum causas conferunt, omnium

in

---

idest evolans suffragia, quos nulla occasio nulla remoretur dificultas, sed hosticam odii rabiem et antiquam invidiae sitim cruore Polonorum expleant.

Sed quoniam a voto procul sepe hominum vota recedunt, *versus.*

Nec semper fert quocunque minabitur arcus.

Kazimirus omnes Illos quasi procella fulguris involvit, ambitionis autem Ille Princeps ad Getas transfugit, ubi celsiore dignitatis gradu sublimatur. Gethae namque non parva suorum cede

saucii

Digitized by Google

in Eo necem ulciscuntur: Quem post multa demum supplicia eminentissimo affigunt patibulo dicentes „ Alta „ petisti, alta tene!„ ne scilicet affectatae fastigium Celsitudinis vel morienti defuerit.

J. *Hic Hercle! verus Hercules Alcidae! virtutibus nulli fuit inferior: nam de Illo etsi multa vera, plura tamen decolorantur fabulosa narratione; Hunc vero vivaces meritorum suffragantur Tituli: in quem novercae ac Medeae truculentia colubrum iniecit invidiae, anguem ambitionis* conci-

---

saucii, omnes in Illum causas conferunt, omnes omnium in Eo necem ulciscuntur: Quem post multa demum supplicia eminentissimo affigunt patibulo dicentes „ Alta petisti Alta tene!„ ne sic saltim affectatae fastigium Celsitudinis vel morienti defuerit *versus*.

Turpe viris no esse viros! servos trabearis
Turpe tari luteo candida colla jugo. Item.
Ne pete quos natura vetat transcedere fines!
Nec pete quod justo pondere non trutines!

Boleslaus

concitavit, fel Draconum expuit, virus evomuit vipereum: quem tot monstrorum generibus prostituit, quot in ejus Regno scandala peperit: quot Hostium periculis exposuit! nam quid eo monstro putes monstruosius? quod cum natura sit mutilum, fit capite amputato non solum corniger, sed cornupeta! quid ea tetrius bellua? quae cum non possit alienum, propria cauda proprium caput excerebrat!

Asperius nihil humili cum surgit in altum
Cum premit indigno libera colla pede. (§)

(Unde Scythis pecuniarum interventu Regem (ex Servo) creaturis, Regina ipsorum Tomyris Matronas primas ad se corrogat, cum quibus suae viduitatis querulose deflens angustias; non tam suam quam Illarum sibi molestam ait depressionem, non tam suae dejectionis laedi

(§) Nam quando scabella pedum scandunt sedilia Regum
Tunc per opus faedum fit declinatio Regum.
ex Alio Codice M. S.

Digitized by Google

periculo, quam Servili elatione perurgeri: petit non ut Suarum adeo miseriarum, quam Sui, quam liberorum, quam suae libertatis misereantur. Inter quas aetatis Quaedam grandaeva „ in re, in- „ quit, per se lacrymosa consilio opus est „ non lachrymis! quia non flammis flam- „ mae extinguuntur, nec maerore mae- „ ror exuitur„

Jubet ergo abjectos ancillarum Filios purpureis adornari paludamentis, et currum quo Reges vectari consueverant conscendere, faleratissimis alios asturconibus insidere, Adolescentes vero ingenuos ac Divinae formae Virgines sordidis loramentis, instar boum, currui connecti, Reginam quoque cum parvulo filio et Seipsas funereis deformare indumentis ad eundem currum eodem pacto applicat: siccque verberunculis ad trahendum eas urgentibus in Concionem proceedunt.

Ubi coram Magistratu provolutae, Eos, qui ad haec enormitatis eas impulerant, insimulantur; non injuriarum sed le-

Digitized by Google

sae Maiestatis judicium petunt: nec vero Suam, sed Sacri Senatus, sed totius Reipublicae hanc esse quaerelam: non singularem unius laesionem; sed commune universitatis incommodum: non levem sane non brevem, sed mortalem immo immortalem hujus livoris languorem: cujus Authores non Servos sed ipsos servorum Dominos et arguunt et convincunt: qui suam et Suorum generositatem non modo venalem Servis exponunt, sed ipso venalitatis veneno ipsam libertatem extinguunt.

Turpe Viris non esse Viros! servos trabeari.
Turpe teri lutheo candida colla jugo!

Tota igitur movetur et constrepit Concio, ut servus Ille non jam Regno sed ultimo expetatur supplicio: Reginae autem Filius licet pene infantulus Rex constituitur. Extunc solempne fuit apud Scythas, faeminas concionibus adciri.)

Digitized by Google

Rege quoque Macedonum procul agente, inquilinus ejus Ipander sordidissimi cerdonis filius, Arcem occupat, Regiae sese jubet nuncupatione venerari: cujus in favorem ut populus esset propensior, censuales relaxat pensiones, amputat tributa, omne exactionis onus ait Se Rege sopitum. Nec defuit Illi credulae multitudinis simplicitas.

Ad Ejus itaque Confavoraneos Rex primo cum hac mittit sententia Ficus radice avulsae, aureis licet funiculis carientissimo appendantur stipiti, florere possunt? an Non?

Secundo cum hac „ Sicci a fonte rivuli, bibulo licet pleni sabulo inundabunt alveis? an Non?

Tertio cum hac „ Ad singulos oscinum hiatus, pullus hians hirundinis a murilego educabitur? an Non?

Novissime, humanam sine capite mittit effigiem ex auro, et gemmis artificiosissime expolitam et Asini caput Coronatum cum hoc scripto „ Haec imago Vestra est generositas, gemmis virtutum distincta: caput

hoc Rex Vester est: Asinus enim insessor, servus coronatus. Si haec ergo membra huic bene capiti conveniunt bene Vobis cum Rege vestro conveniet: sin aliter? sit aliter „

His itaque persuasis Regem Regno conciliant qui Ipandrum in eadem Arce cathenis vinctum fame extinxit„ naturae, arguens, desertorem naturalibus non indigere amminicalis *cui lapidem pro cibo injiciens minister aiebat:*

Ne pete quos natura vetat transcendere fines!

Item *cinerem pro potu spargens:*

Ne pete quod justo pendere non trutines!

Naturam transcendisti nullum tibi cum Natura Commercium.

M. Nec vero minus inaudita, post obitum Kasimiri, servorum pestis ebuliit: quam ne narrationis ordo a veri discrepet ordine, non indebito loco attingemus.

Digitized by Google

Jgitur Kasimiro filius Ejus Boleslaus succedit, cui Largitatis cognomen Anthonomasica privilegiatum est excellentia: qui sine largitate nullam estimabat hominis liberalitatem „ liberalitatem autem egere non posse, „ nisi cum dandi non suppetat occasio, sic inquiebat: largitas petitionibus et velocior et tardior: — Velocior, ne sit petitorum tarda prestolatrix, prius enim dari convenit quam peti, ne cuiuscunque petitione nostra nobis exprobretur tenacitas, ne gratiae beneficium sine gratia impendatur, nec enim gratis obtinuit quod quis precario impetravit. — Tardior esse debet, ne celerius avolet si ocius evanescat, quia ideo celeritas illi non congruit, ut quam lentissimas etiam petitiones effugiat. Jmmo nunc Illos

---

Boleslaus Kazimiro filius ejus succedit: Cui largitatis cognomen Authonomastica provilegiatum est excellentia. Quia „ sine largitate nullam „ estimabat hominis liberalitatem: liberalitatem „ autem egere non posse, nisi cum dandi non „ suppetat occasio inquiebat „

Hic

Digitized by Google

„ los occupat, nunc ab Illis gaudet „ occupari„

Hic dum die quadam vectigales jubet dispensari thesauros dum prestanstissima quaeque munificentissime dispargit, quidam nunc exilem suae tenuitatem fortunae, nunc Regiae splendorem opulentiae coniectans, gemebundis infremuit suspiriis immumurrat labellulis.

Sole beans alios, Soli mihi gratia Solis
Alget hiems, geminos Sole tenente, tenet
Solus ego sub Sole Tuo solatia veris.
Demerui; solum demeruisse pudet.

Rex

Hic dum quadam die census vectigales dispensare juberet, dum praestantissima quaeque, manu larga magnifice, militibus erogaret: quidam de circumstantibus, nunc exilem tenuitatem suae fortunae, nunc Regiae opulentiae splendorem conjectans, gemebundis suspiriis ingemuit. Quorum suspiriorum causam Rex conijciens, amictum Chlamidis sibi detrahens, ac illius humeris inferens ait „ Tolle aurum quantuncunque „ libet, Tuisque viribus quantitatem metalli com„ pensa!„ tunc Ille sui oblitus, auri cupidus, dum turgentissime vestis insarcinat sinum, dum

suis

Rex proinde causa suspiriorum intellecta sinuosissimae amictum chlamidis sibi detrahit, quod illius humeris inferens „ tolle inquit auri quan„ tum libet, Tuisque viribus metal„ li quantitatem compensa: malumus „ enim Te tuam invaletudinem causari „ quam Nostrae liberalitatis videri an„ gustias!„ tunc Ille sinum vestis turgentissime insarcinans psallebat.

Nemo stupet ei stuppa perit levitate favillae
Semina non pereunt Tua, quae metit Iste vel Ille
Semine dapsilitas largo pluit aurea Famae.
Falx in messe sonat, *plus das mihi plus metis a me*
Non locus hic loculis non venter hydropycus arthae
Te premit imo nitet Tua copia cordis in aree
Omnia large Tuo favus imbuet pra sapore
Nec sine me laus tanta nostro morietur in ore.

Haec

suis viribus non compensat onus, dum a terra attollere nititur auri pondus immensum: heu miser expirat metalli pondere pressus! Ab insano enim non desidet qui prefert pecuniam vitae, non vitam pecuniae! *versus.*

Nescio quem blandum flos rerum spirat odorem?
Si possis recte, si non quocunque modo rem.

Denique

Haec dum sui oblitus canit, dum aureum pondus attollere conatur, pondere oppressus exspirat.

Nescio quem blandum flos rerum spirat odorem
Si possis recte: si non? quocunque modo rem.

Ab insano autem non dissidet, qui pecuniam vitae prefert, non vitam pecuniae. Quod vecordiae genus quendam adeo devinxerat, ut dum ambigens in mari jactatur fluctibus, dum alii metu naufragii pretiosissima etiam supellectile navem exonerant, Se suis Ille aligatum sarcinis in preceps mitti jubet, potiorem astruens in morte opulentiam, quam in vita egestatem.

Nec vero absimilis opum incubus habendi avidissimus, apud Regem Arabum erat, in quem innumeras opum facultates Regis munificentia congessit, Ethnam tamen cupiditatis non extinxit: nam hic thesaurariam introductus penum, dum inestimabiles inibi gemmas conspicaret, velut improvivo traiectus fulmine totus dirigu-

Digitized by Google

it, morboque creditus languere repentino efferri jubetur, cujus in gemmis omnis erat gemitus: Ha gemmas! Ha gemmas! Causa denique languoris comperta, exquisitissimas Rex Jlli offert, quas ne cui preter Jpsum possidere liceat, glutire nititur, et meatu spiritus precluso suffocatur.

Non sic Jlle! non sic, qui ut cura-rum nutrices semel amputaret, suas opes in unam massam conflat, in profluentem precipitatur „ Pessum, inquiens ite! pessimae divitiae, perdam vos, non perdar a vobis! levior enim est rerum quam temporis jactura!

Damna movent rerum, plus ledunt damna dierum
Quisque potest rebus succurrere, nemo diebus.

MAdeo perfunctoria Boleslao visa est opum gloria, ut nihil in illis jucundum putaret preter dandi facultatem „ quarum potissimam ait custodiam sac-

---

Denique Proavi Sui Magni Regis Boleslai audaciam emulatus, prout erat vir belli gerendi studiosus, terminos quos amiserant Patres sui volens

„ saccum pertusum: omnique omni-
„ no indignum Principatu, qui se re-
„ rum saccisparium esse malit quam
„ Principem„

Unde Russiae partibus imperiose peragratis, opibus illorum capi dedignatur, solo victoriae triumpho contentus, donec avitarum limites bonea rum in valvis Kijoviensibus reformaret Ubi cum sopita rebellionc quendam sui Suffraganeum Jmperii Regem instituit, qui ut coram suis appareret gloriosior, Regi supplicat Boleslao ut Eum sui dignatione occursus amplectatur, auri talenta secundum numerum passuum accepturus. Jndignatur a Se peti Boleslaus

---

volens recuperare, et ad Suum Dominium reducere, decrevit in valvis Kijoviensibus limites Regni Poloniae reformare.

Unde Russiae partibus imperiose peragratis, omnibus copiis divitiarum capi dedignatur, solo Victoriae triumpho, spretis opibus erat contentus. Tandem consopita ibidem omni rebellione, quendam Suffraganeum Suum Jmperii, qui Principibus praesset, Regem instituit.

Deinde Hungariam adire parat, volens etiam supra Danubium metas Regni reformare. Qui primos illi aditus armis obstruere contendunt,

sed

Digitized by Google

slaus quod Regiae Celsitudini non competat, absurdumque videri Maiestatem ad questus inclinari, absurdius esse gratiam venalitate censeri: precibus tamen victus non pretio, factum ire spondet, Gratiae argumentum venienti exhibet. Quale putas? Regis barbam venientis apprehendit, quam divellicans creberrime concutit „ Hic „ inquit est! hoc tremendum caput! „ quod vos o Rutheni contremescere „ convenit „ Item itemque vehementius concutiens ait.

Hic Vir! hic est quem Nos nostro dignamur honore,

Aspice quantum gratiae in Boleslai aspectu auri gratia meruerit.

Ungariam Hinc adire parat: qui primos Illi aditus armis obstruere contendunt corpora Illorum plus impedimento fuere ingressuris quam arma. Nam cruentus janitor ensis, januas introitus et aperiendo clausit, et claudendo aperuit

---

sed illorum corpora plus impedimento fuere ingressuris, quam arma: nam cruentus janitor ensis, januas introitus et aperiendo clausit, et claudendo

ruit: trunci enim obices Cadaverum gladio prostrati etiam vias fecere invias, ut non sine difficultate, transmeandi patuit facultas.

Videns autem Rex Ungariae Salomon tam Sibi quam Suis plus imminere discriminis, praelium deprecatur, pacis offert conciliamina Centum millia talentorum: Cui Boleslaus „ Polonos inquit habere aurum non de„ lectat, sed habentibus aurum impe„ rare; turpiusque esse precio vinci, „ quam praelio succumbere; nec Re„ gibus convenire institoria taxare „ commertia, quibus armis opus est „ non opibus „

Victus

---

do aperuit: trunci enim cadaverum obices gladio prostrati, etiam vias facere invias, ut non sine difficultate facultas patuerit transmeandi. Videns autem Salomon Rex Hungariae tam sibi quam suis prelii imminere discrimen, pacem deprecatur: pacis offert conciliamina centum millia talenta. Cui ait Boleslaus „ Polonos inquit non „ delectat aurum habere, sed aurum habenti„ bus imperare; turpius est enim pretio vinci „ quam prelio succumbere, nec Regibus con„ venit institoria commercia tractare, Quibus o„ pus est armis non opibus „ Victus itaque Rex Salomon

Victus itaque Salomon, tam bello quam Regno excessit, cujus in locum Alumnus Poloniae Vladislaus munere Boleslai sufficitur.

Accidit interea instructissimas Austrensium et Boemorum acies in campestribus Poloniae metari castra, quos Rex impiger a tergo percipiens omnem redeundi ademit facultatem: cumque incautos occupare potuisset „ „ Absit ait ut nostrae titulus victo- „ riae quodam insidiarum latrocinio „ furvescat „ Se se presto nuntiat, non improvidos esse jubet, crastino secum eminus conflicturos.

At Jlle Bohemicus Leo, mox a leonis ferocitate desistens, Vulpina induitur

---

Salomon tam bello quam Regno excessit. In cuius locum munere Buleslai Vladislaus Alumnus Poloniae in Regnum successit.

Accidit interea instructissimas Australium ac Bohemorum Moravorumque acies in Campestribus Poloniae castra metari, quos Rex impiger a tergo percipiens, omnem redeuudi adimit facultatem. Cumque incautos occupare potuisset „ Absit inquit ut nostrae Titulus victoriae quodam „ insidiarum latrocinio fervescat! „ se se presto nuntiat non improvidos esse secum crastino commissuros.

Digitized by Google

duitur astutia „ Indignum est inquit ut „ tanti Regis ad tam exiguos inclinetur dignatio! quin potius in suorum „ tranquillitate Castrorum crastinum „ a Bohemis prestolari non dedignetur obsequium „ noctis ergo Clypeo protecti, fugam ineunt pro praelio, quos trans Moraviae fines insectatur Aper dente consequitur fulmineo, non aetati parcens, non generi, non conditioni: omnes autem morti mancipat aut vinculis.

Rursus Pomoranorum Abigeis confinio Poloniae pene predam ac manubias agentibus, preceps advolat Boleslaus

missuros. At vero ille leo Bohemus mox Leonis feritatem deponens, vulpina induitur astucia „ „ indignum est, inquit ut Tanti Regis ad tam „ exiguos inclinetur dignatio: quin potius in „ suorum tranquillitate castrorum, crastinum a „ Bohemis prestolari non dedignetur obsequium?„ noctis igitur protecti Clypeo fugam ineunt, propraelio: quos Boleslaus trans Moraviae fines insectatus, quasi Aper dente insequitur fulmineo: non etati parcens non generi non conditioni, omnes aut morti mancipat aut vinculis.

Rursus Pomoranis in confiniis Polonorum predam agentibus, tanquam de reditu Ejus dubitan-

Digitized by Google

slaus, Praedones spatiosi fluminis interjectu jam securos conspicatur: et rapidissimo inhesitanter insiliens torrenti „ amor inquit Catulorum feras „ venabulis impingit „ exclamant singuli.

„Occupet extremum scabies mihi turpe relinqui„

Multi ergo armorum pressi mole fluctibus involvuntur, perpauci cum Rege vix enatant: et licet inermes, de armata hostium multitudine triumphant.

Fuit

---

bitantibus, Boleslaus predones spatiosi fluminis interjectu jam securos conspicatur, et rapidissimo insiliens torrenti „ amor inquit catulorum „ feras venabulis impingit' exclamant singuli „ *versus.*

Occupet extremos scabies me turpe relinqui!

Multi ergo mole Armorum pressi fluctibus involvuntur, perpauci cum Rege enatant, et licet inermes de armata tamen multitudine hostium triumphant.

Ob hanc causam Poloni plenis armis uti decreto ommiserunt.

Hnjus

Digitized by Google

Fuit autem Hic belligerendi tam studiosus, ut rarus in Aula, continuus in castris: raro in Patria, semper apud hostes deguit. Quae res Reipublicae quantum commodi attulit, tantum ingessit discriminis: quantum in se honesti habuit exercitaminis, tantum fedae peperit insolentiae. Rege siquidem perdiutissime nunc Ruthenicis, nunc pene Transpartanis immorante Regionibus, uxores ac filias Dominorum Servi ad sua vota inflectunt, quasdam expectatione maritorum fessas, alias desperatione deceptas, vi nonnullas ad serviles amplexus protractas. Dominorum occupaut lares, firmant municipia, Dominos non solum arcent, sed etiam reversis bellum infligunt. Quos pro singulari temeritate vix expugna-

Hujus insuper Boleslai Regis Magnanimitas praelia ac virtules vitiaque, et quomodo S. Stanislaum occidit *in vita ejusdem Sancti Martiris reperies.* (*) Hic quoque

(*) Vide fragmentum in Chronica Martini Galli pag 73 Edit: Gedan.

Digitized by Google

pugnatos, singularibus Domini perdidere suppliciis vix impugnatos. Sed et feminae paenas iussae sunt pendere non immeritas: atrocissimum et unicum ausae facinus, nulli prorsus flagitio conferendum!

J. *Scythae quindecim annis in Asia morati, vix uxorum flagitatione revocantur, nuntiantibus ni redirent, sobolem a finitimis quesituras, sicut quoque fecerant Amazones. Item tertia expeditione Asiana cum annis octo a conjugibus fuissent, servili bello domi propulsantur: nam conjuges eorum longa prestolatione fessae Servis pecorariis nubunt: qui reversos post victoriam Dominos, quasi alienos prohibent: sed supplicia crucibus luunt. Mulieres quoque male sibi consciae quaedam ferro quaedam suspendio vitam finiunt: ut Hos vel Illas nec pena dissimiles, nec dispares fecerit sceleris immanitas.*

Quos Moechia necat facinus, quos inquinat equat.

Digitized by Google

Quosdam vero tantae Animositatis intueor, ut non minus turpe puta verint Viros constantia destitui, quam faeminas pudicitiae pati dispendia. Unde Spartani cum in obsidione hostium annis decem dampna paterentur, et fecunditatem uxorum, Viris absentibus, nullam esse, Juvenes remittunt; Eisque omnium Faeminarum permittunt promiscuos concubitus, ne Respublica Presidii successione orbaretur Ex his nati Parthenae vocantur. Tanti apud istos odium hostile! tanti amor Patriae! tantifuit juris jurandi religio! execratione nam que sese obstrinxerant, nolle reverti, donec Urbem hostium expugnassent. Sed pietas ipsorum impia, et irreligiosa fuit religio? quia nihil temerius, nihil sordidius, quam jura Matrimonii non modo non coli, sed confundi! Hic speciem pietas impietatis habet; igitur hic et virtus quaedam fuit et summa non defuit virtutis (omnino misericors Pater est oblitus (*)).

M. Extunc

(*) Haec verba videtur Transcriptor Codicis addidisse, cui ratiocinatio Authoris displicuit.

Digitized by Google

M. Extunc in oleastrum olea, et favus versus est in Absinthum! in termisso namque studio virtutum, Boslaus bellum in Suos ab hostibus transtulit: fingit Illos non injurias in plebe ulcisci, sed Regiam in Regno prosequi Majestatem, nam plebe remota Rex quid erit: ait „non placere sibi „ Viros uxorios, quibus plus causa „ placeat faeminaea, quam Principis „ obsequela: quaerit se non tam apud „ hostes ab Ipsis desertum, quam hostibus ultro expositum „ proinde Precipuos capitis accersit, et quos aperte non potest, insidiis aggeditur. Mulieres quoque quibus Mariti pepercerant, tanta insectatur inhumanitate, ut ad eorum ubera catulos applicare non horruit, infantulis abiectis quibus etiam hostis pepercisset: astruebat enim „ extirpari oportere scandala non foveri„

Quem Sacerrimus Cracoviensium Pontifex Stanislaus cum ab hac truculentia revocare non posset, prius Illi Regni comminatur excidium, deinde Anathematis gladium intentat.

Digitized by Google

At Jlle ut erat in arcum versus pravum, immaniore induitur vesania, quia lignorum tortuosa facilius frangi possunt quam dirigi?

Jtaque prope Aram, inter Jnfulas, non ordinis non loci non temporis inspecta reverentia, corripi jubet Antistitem. Ad quem Satellites atrocissimi quotiens irruere temptant, totiens prostrati mansuescunt: quos Tyrannus indignatissime objurgans, Jpse manus inijcit Sacrilegas! ipse sponsum egremio Sponsae, Pastorem ab ovili abstrahit! ipse Patrem inter Filiae amplexus, Filium in Maternis pene visceribus obtruncat!

O luctuosum! o transfunebre funeris spectaculum! Sanctum profanus, Pium sceleratus, Praesulem Sacrilegus cruentissimus, innocuum membratim discerpit! singulos artus perminutissime disseca!: quasi a singulis membrorum partibus paena exigi debuisset!

Totus autem stupore, totus quadam horripilatione dirigui! ut vix mente concipere, nedum lingua nedum calamo possim exprimere, haec

Digitized by Google

in Sancto, Salvatoris Magnalia! succumbit enim dicendis intellectus, intellectui sermo, et rem ut est verbis non explicat: e quatuor namque Mundi partibus quatuor advolare visae sunt Aquilae, sublimius locum passionis circinando, vultures aliosque sanguipetas alites a contactu Martiris abegerunt, cujus in custodelae reverentia pervigiles diem nocti et noctem diei continuant.

Noctem an diem appellem? diem potius dixerim quam noctem. Haec enim altera nox est de qua scriptum est „ et Nox ut dies illuminabitur „ mirae siquidem rutilantiae, tot in singulis locis, Divinae fulserunt lampades, quot Sancti Corporis dispersa sunt minuta: ut ipsum Caelum suum ornatum, suam Terree gloriam videatur invidisse, qnoniam quorundam decore Syderum et quibusdam putares Solis radiis distinctam.

Hac vero miraculi alacritate animati, ac Zelo devotionis quidam Patrum accensi, sparsas membrorum minutias colligere gestiunt, pedetentim accedunt, corpus integerrimum et si-

Digitized by Google

ne cicatricum notamine reperiunt, tollunt absportant apud minorem Sancti Michaelis Basilicam divinis conditum aromatibus recondunt, Unde usque ad translationis diem (cujus causam Ipse non ignoras) dictarum splendor lampadum non discessit.

Quo facto truculentissimus Ille exterritus, non minus Patriae quam Patribus invisus in Hungariam secedit: Quem non malitiae conscientia facit humilem, sed Sceleris audacia reddit contumacem. Rege namque Hungariae Vladislao (cujus nuperrime prememineram) devotam Illi exhibente reverentiam, immo pedestri veneratione occurente, Boleslaus tanto super se fastu rapitur, ut digno Illum osculo dignari contempsit „ Iste inquit Nostro-

(: Hic quoque Parricida cruentissimus, factus sicut Cain vaguset profugus, in Hungariam secessit expulsus. Quem non maliciae conscientia fecit humilem, sed scelerum audacia reddidit contumacem: Regem namque Ungariae Vladislaum (cujus nuperrime prememini) devotam Illi exhibentem reverentiam, imo veneratione pedestri illi occurrentem, Boleslaus tanto supra se fastu rapitur

„ strorum opus manuum est: non au-
„ tem competit opifici ut Suam colat
„ aut veneretur creaturam, nec decet
„ ut Vir Fortis vel exulatu infe-
„ rior vel casu videatur dejectior„
quae licet egre, dissimulat tamen Vla-
dislaus, ne fortunae dicatur fuisse So-
cius non amicus„ Vereri se ait, ne si-
„ bi quis minus vere improperet: quod
„ quidam tractant verba amicitiae non
„ opera ; quod occasiones querit qui
„ vult discedere ab amico: perimpium
„ enim Eum in adversis obiurgari,
„ quem in prosperitate colueris: quia
„ prosperitas Amicos comparat, ne-
„ cessitas exanimat„

Jtaque arrogantiae supercilium non solum patienter tolerat, sed per-benigne amplectitur, officiosissime exhibet, omni studet Jlli placere obse-

quela

pitur, ut digno illum osculo dignari contempsit „ Jste, inquiens, Nostrarum opus manuum est, „ non autem convenit opifici, ut suam colat aut „ veneretur Creaturam. Non decet ut Vir fortis „ vel exulatu inferior, vel casu videatur deje-„ ctior! „ itaque Vladislaus arrogantiae super-cilium Boleslai non solum patienter tolerat, sed perbenigne amplectitur, officiosissime exhibet, omni studet illi placere obsequela.

Deni-

quela. Omnem siquidem Sacrilegii suspicionem, Ille astutissimus, adeo a Se extenuaverat, ut non modo non Sacrilegus, sed Sacerrimus Sacrilegiorum ultor apud nonnullos censeretur. Nam quod Mulieres ingenuae servili prostitute Sunt incestui, quod genialis tam spurce inquinata est religio, quod factio Servorum in Dominos conspirata, quod tot capita suppliciis exposita, quod Regis denique conjuratum excidium, in Sanctum refudit Antistitem, asseruit Illum perditionis originem, totius mali radicem „ Haec ait „ omnia ex illa exitiali vena manasse „ Fla-

---

Denique Boleslaus omnem Sacrilegii suspicionem a Se adeo extenuerat, ut non solum non sacrilegus, sed acerrimus sacrilegorum ultor apud nonnullos censeretur. Nam quod mulieres ingenuae servili prostitutae sunt incestui, quod factio servorum in Dominos conspirata, quod tot capita supliciis exposita, et quod conjuratum est excidium, in Sanctum refundit Antistitem Stanislaum. Adstruit illum perditionis originem, totius mali radicem: potificem: Illum non Pontificem: pistorem vocat non Pastorem: pressulem *a pressura* non Presulem: opiscupum ab *opibus* non Episcopum, et speculatorem spiculatorem fuisse: et quod pudor est dicere

Flagitiosissimus in utroque, qui cujus vitam sustulit cum animam auferre non possit, famam contendit incrustare, et quem rebus non potest Verbis prosequitur „ Potificem Illum „ non Pontificem, pistorem vocat non „ Pastorem, pressulem a pressura non „ Presulem, Opiscupum ab opibus „ non Episcopum, ex Speculatore spi„ culatorem fuisse (et quod pudor „ dici erubescit) e Rerum scrutato„ re, rerum scortatorem: ideoque Il„ lum aliorum libidini frena laxasse „ quod sociis ejusdem criminis deest „ accusator „ Quid plura? omnem hujus disciplinam, omnium fuisse disciplinam „ quid ergo inquit admissum? „ si Regni dedecus si Patriae prodi„ gium, si Religionis scandalum, si „ publicum Reipublicae extinctum „ incendium? „

His

---

dicere! Illumque aliorum libidini frena laxare *quia sociis ejusdem criminis deest accusator.* Quid plura? omnem hujusmodi indisciplinam omnium fuisse asserit disciplinam. „ Quid ergo, inquit est „ admissum (id est peccatum) si Regni dedecus, „ si Patriae prodigium, si Religionis submotum „ est incendium? „ His

Digitized by Google

His licet figmentis apud ignaros aliquantisper detractum sit Martiri, non tamen Sanctitatis abrogari potuit authoritas: sub nube namque Sol delitescit, nube nunquam extinguitur.

Non multo vero post inaudito correptus languore Boleslaus mortem sibi conscivit: sed et unicus filius ejus Mesco, in primo pubertatis flore veneno emarcuit: Sic tota Boleslai domus paenas Stanislao exolvit! Quia sicut nullum bonum irremuneratum, sic nullum malum impunitum.

J. *Prudentis est rerum exitus metiri, quia cujus finis bonus est, ipsum* quo-

---

His, licet figmentis apud ignaros aliquantis per derogatum sit Martiri, non tamen Sanctitatis abrogari potuit Authoritas. Sub nube namque Sol plerumque delitescit, nube nunquam extinguitur:)

Non multo post inaudito correptus languore in amentiam cecidit et mortem sibi consciuit. Sed et unius filuis ejus Mesko, in primo pubertatis flore veneno emarcuit: et sic tota domus Bolaslai corruit, et Sancto penas Stanislao exsolvit! quia sicut nullum bonum irremuneratum, sic nullum malum impunitum.

Utinam

Digitized by Google

quoque bonum: nihil enim prodest in pampino germinare surculum nisi prosit botros palmites maturitate decerpi.

Hic siquidem homo ab initio praetiosum jecisse visus est virtutis fundamentum, sed terra sabulosa dehiscente, opus omne hic in abyssum corruit, illic in auras evanuit: nam quod strenuitatis in Illo fuit, profundo flagitiorum involvitur, quod liberalitatis erat vente ambitionis exsuflatur. Ambitiosos enim liberales esse oportet.

Cumque Sapiens in principio sermonis accusator sit sui ipsius, cum bonarum sit mentium ibi culpam agnoscere ubi culpa non est; in Jsto abyssus abyssum invocat in voce Chatheractarum suarum, qui cor suum declinavit in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis: iustum enim est, ut qui in sordibus est sordescat adhuc.

Sed utinam a Saule saltem didicisset ad Citarae sonum remediari mencipites! illius utinam chordae dul-

Digitized by Google

cedinem cordis auriculis attentius attigisset! „ Beati quorum remissae „ sunt iniquitates„ " Dixi confitebor „ et Tu remisisti " „Dic Tu homo iniquitates tuas ut justificeris„

Vis abolere nefas? aperi scelus, indica culpam!
Exuit a culpa lacrymosa professio culpae:
Culpa sepulta reum prodit, rea prodita solvit:
Clausa cutis virus nutrit aperta fugat.

M. Pro-

Utinam hic Boleslaus culpam suam recognovisset! et dixisset cum Psalmista „ Dixi confitebor „ e c. t. *versus*:

Vis abolere nefas? aperi scelus, indica culpam
Exuit a Culpa lacrimosa professio Culpae
Culpa sepulta reum prodit: rea prodita solvit.
Clausa cutis virus nutrit, aperta fugat.

Sicut igitur hic Boleslaus corpus S. Stanislai in multas partes secuit, et in omnem ventum dispersit; sic Deus Regnum suum scidit, et plures Principes in eo dominari permisit: et sicut idem corpus Deus redintegravit; sic futurum est ut idem Regnum Deus in statum *pristinum* restauret! *Require in vita S. Stanislai (1)*

---

(1) Ibidem: Sed quae hic intra parenthesim *(Hic quoque Parricida* usque ad verba *nubé nunquam extinguitur)* in eodem fragmento desunt.

Digitized by Google

M. Proxime autem regnavit Frater Boleslai minor Kazimirides Vladislaus: non minus strenuitate militiae illustris, quam Religionis devotione insignis: cui de humana nihil estimatum est felicitate defuisse, hoc excepto, quod uxore sterili diu solicitum prolis legitimae anxiabat carentia. Qua ex re mestissimus cum ab homine consolari noc possit, Divino tándem relevatur solatio.

Quasi enim Caelesti eruditus Oraculo, Francone, Antistite suggerente, aure-

---

Proxime autem regnavit Frater Boleslai junior Kazimirides Vladislaus, non minus strenuitate militiae illustris quam Religionis devotione insignis. Cui de humana nihil existimatum felicitate est defuisse, hoc excepto quod uxore sterili diu solicitum prolis legitimae anxiabat carentia. Qua ex re mestissimus cum ab homine consolari non posset, Divino tandem relevatur solatio; quasi enim Caelesti eruditus oraculo, Francone Antistite suggerente, Auream instituit effigiem, quam cum Regiae Celsitudinis donativis Beato Egidio in Provintia delegavit, ut Ejus intercessione prolem suscipere mereretur: propositum delegantis hac Epistola exponente.

Pa-

Digitized by Google

auream instituit effigiem, quam cum Regiae celsitudinis donariis Beato Egidio, ut ejus intercessione Prolem mereatur suscipere, in Provinciam delegavit: propositum delegationis hac exponente Epistola.

„ Patrum Reverendissimis! Beati „ Egidii Abbati cum ejusdem Univer„ sitate Caenobii, Vladislaus Dei gra„ tia Rex Polonorum, et conjunx Re„ gina, *Judit*, Filialis reverentiae de„ votionem? Et si ulla esse possit, per„ fecta esse non potest humana felici„ tas, nemo enim tam felix est, qui „ non cum aliqua suae felicitatis par„ te rixetur. Et Nos quidem de no„ stri generositate sanguinis, de cor-

po-

„ Patrum Reverendissimis B. Egidii Abba„ ti cum universitate Caenobii Wladislaus Dei „ Gratia Rex Polonorum, et Conjunx Regia de„ votionem reverentiae filialis!

„ Etsi ulla perfecta possit, esse non pos„ set humana felicitas; nemo enim tam felix est „ qui non cum aliqua suae felicitatis parte rixe„ tur: et Nos quidem de nostri generositate San„ guinis, de Corporis aut animi elegantia, de „ dignitatis celsitudine, de famae gloria, de om-

nimo-

Digitized by Google

„ poris et animi elegantia, de dignitatis celsitudine, de Famae gloria, de omnimoda omnium copia gloriari non oportet, non expedit etiam: sed illud nos humillime illacrimari convenit, quod inter florentissimos rerum successus, quidam maeroris nobis datus est stimulus qui nos colafizat: Sobolis infaecunda sterilitas, quae non solum Paternum tollit solatium, sed etiam grave quoddam orbitatis ingerit opprobrium. Proinde coram Vobis Patres Sanctissimi Nostra prosternitur devotio, ut hoc sterilitatis infortunium Vestrorum meritorum tollatur interventu. Non enim est impossibile apud Deum ullum verbum!

In-

„ nimoda omnium copia gloriari non oportet, non expedit quidem: sed illud humillime illacrimari convenit, quod florentissimos rerum successus, quidam nobis maeroris datus est stimulus, qui nos colaphiset: sobolis infecunda sterilitas! quae non solum tollit Paternum solatium, sed et grave quoddam ingerit orbitatis opprobrium. Proinde coram Vobis Patres Sanctissimi nostra prosternitur devotio, ut hoc sterilitatis

Intellecta itaque utriusque Regum Conjugum tanta, devotione Sacer ille Conventus triduanum orationibus continuat jejunium cum hac psalmodiae ac precum instantiore vigilantia.

Spes utriusque spei, favus et sapor esuriei
Crescit saepe Tuo nectare nostra sitis
Nux nuce nostra caret, cedrusque virentior aret.
Flos alit examen, flos sine flore tamen:
Annue cur heres tribulis datus est rubus heres?
Corha parit cornus? cur sine stirpe sumus?
Annue ne soboles, ne desit Mascula proles
Vota precesque notes annue! namque potes.

Nec

„ tatis infortunuim Vestrorum meritorum tollat „ interventus. Non enim impossibile apud Deum „ ullum verbum „

Intellecta itaque tanta devotione Regum conjugum, sacer Ille conventus triduanum orationibus continuat jejunium eum hac Psalmodiae ac precum instantiore vigilantia. *versus.*

Spes utriusque spei, favus et sapor esuriei
Crescit sepe Tuo nectare nostra sitis
Nux nuce nostra caret, Cedrusque virentior aret
Flos alit examen, flos sine flore tamen.
Annue cur heres! Tribulis datus est rubus heres
Corva parit corvum: cur sine stirpe sumus?
Annue ne soboles ne desit mascula proles!
Vota precesque notes: Annue namque potes!

Necdum

Digitized by Google

Necdum Caenobitarum expleta fuit oratio, cum Regina de conceptu jucundatur: nondum Legati redeunt, et Reginae fecunditas predicatur. Oritur namque Sidus rutilantissimum! aurea exculpitur columna! Tertius nascitur Boleslaus! cujus ex partu languore suscepto Mater fatis est intercepta: fuitque gaudium maerore temperatum, et maeror gaudio dulcoratus! in quo Pater didicisse potuit Conjunx esse maluit an Pater?

Sed ne diu molesta Illi esset jugalis viduitas, Regis Hungariae Salomonis relictae, Tertii Henrici Jmperatoris Sorori conjugatur, de qua tres tantum filias suscepit.

Et li-

Necdum Caenobitarum expleta fuit Oratio, Regina de conceptu jocundatur: nondum Legati redeunt, et Reginae fecunditas producitur. Oritur itaque Sidus rutilantissimum! aurea exculpitur columna! Tertius nascitur Boleslaus! cujus ex partu languore mater fatis est intercepta: fuit que gaudium maerore temperatum et maeror gaudio dulcoratur.

Sed ne Vladislao diu molesta esset Conjugalis viduitas, Regis Ungariae Salomonis relictae, Tertii Jmperatoris Henrici sorori conjugatur. De qua tres filias generavit.

Et

Digitized by Google

Et licet grandevus torpere tamen noluit ignavia, sed cum hostium undique rebellionibus exercebat militarem crebrius industriam. Et cum plerique consulerent parcendum esse aetati, respondebat „Animus mihi de senectute „ ccntroversiam facit, hunc ait esse „ florem suum: nam cum detrimenta „ sentiam in corpore, in animo non „ sentio. Aurum antiquitate probari; „ virtutes augeri senio non minui: omnium„que rerum exercitamina virtutis esse non aetatis!„

Robusta ergo manu Maritimas occupat Provincias: quibus ut rebellandi amputaret facultatem, tutissima illorum

---

Et licet esset jam grandaevus torpere tamen noluit ignavia, sed cum hostium undique rebellionibus exercebat crebrius industriam militarem, et cum plerique consulerent parcendum esse aetati respondebat „ animus mihi de senectute con „ troversiam facit, hunc ait esse florem suum, „ nam cum detrimenta sentiam in Corpore in ani„ mo non sentio. Aurum antiquitate probari, vir„ tutes augeri Senio non minui: omnium rerum „ exercitamenta virtutis esse non aetatis!„

Robusta namque manu Maritimas occupat provincias, quibus ut rebellandi amputaret facultatem, tutissima

Digitized by Google

lorum municipia concremari jubet, Prefectis ibi propriis constitutis. Sed quia cervix indomita, dorsum petulans, jugum detractat, onus non sustinet; omnes Polonorum hos excutiunt, illos interimunt: qua ex re animosior Vladislaus, severiore dignos animadversione, revisit: quorum populosiores sinus depopulatus, cum infinitis captivorum millibus, cum prestantissima eorum supellectili revertitur.

Cumque iam pene in portu securitatis Victores sibi blandiuntur, improvisae Pomoranorum prosiliunt insidiae: initur praelium luctuoso utriusque dispendio: caedes hora diei tertia initiatur: vix noctis dirimitur caligi-

---

tutissima illorum municipia concremari jubet, Prefectis constitutis: Sed quia cervix indomita, dorsum petulans jugum detractat, onus non sustinet, omnes Polonorum Prefectos Pomorani hos excutiunt illos exterminant: qua ex re animosior Vladislaus severiore dignos animadversione revisit, quorum populosiores sinus depopulatus est, cum infinitis captivorum millibus cum prestantissima eorum supellectile revertitur.

Erat

ligine, Poloni tamen hostium dilapsis reliquiis, campum, victoriae pretium tenuerunt: quos illic diutius immorari, vetuit interdiu Dominicae Resurrectionis religio.

Licet quadragesimalium tempus feriarum minus religiose coluerunt: unde aliquantisper felicibus Poloni caruere successibus, ut etiam Nunima Contra ipsos visa sunt dimicare. Cum enim Urbem Nakel obsidione cinxissent, quaedam elusiones fantasticae nocturnae, quaedam umbrae, universos adeo territabant exercitus, ut hostium agitari crederentur assultibus: ideo armati a castris sepius excubantes, umbras hostium insectantur saepe non hostes, ictus inanes ventis incutiunt stridentibus: sic in cassum impensus est labor et impensa. Quod factum non ebetes tantum animos hostium exacuit, sed domesticos in Vladislaum erexit carduos, et femoris ipsius ensem in ipsum exercuit.

Erat illi naturalis quidem sed illegitimus Filius, nam ex scorto susceptus,

Digitized by Google

qui ob Materni notam pudoris, vel ut novercales declinaret insidias, in latebris exilii perdiutissime delituit: qua de causa Zbigneus est nominatus. Hic Architophel consilio Ducis videlicet Bohemiae Bretislai, in Paternum subordinatur excidium; ultro licet se ipsam omnibus insuadeat ambitio! auget Illi fiduciam Pater decrepitus Frater immaturus: affluunt flagitii fomites, sceleris incentiva, Transfugae atrocissimi! quorum quosdam levitas, quosdam invidia Sethegi, alios truculentia fecerat extorres.

Jste siquidem Sethegus cum Poloniae Princeps esset militiae, non satis equa-

---

Erat quoque huic Vladislao naturalis quidam sed illegitimus filius, nam ex scorto susceptus, qui ob materni nomen pudoris, vel ut novercales declinaret insidias in latebris diutissime delituit, qua ex causa Zbigneus est nuncupatus. Hic Architopel consilio Ducis Bohemiae Bretislai in Paternum subornatur excidium. Auget Illi fiduciam Pater decrepitus, ac Frater immaturus ut Regni pro tempore gubernacula tueatur: affluunt flagitii Comites, sceleris incentiva, Transfugae atrocissimi! quorum quosdam invidia Setegii fidest Szeczechonis, alios truculentia fecerat

equalibiter pensa Reipublicae dispensabat, Qui non quid rectum non quid virtus postulavit, sed quid jussit pecunia: non quantum quis meruit, sed quantum dare potuit, inspexerat.

Plures ergo hujus odio, quam exulis amore, ultroneum elegerunt exilium: et prius Silentianae *Vratislaviensis* Preses Provinciae cui nomen Magnus hujusce convenitur pactione ,, „ Nimis crudelis nimis miser est quem „ non solum depressae sed amissae libertatis non miseret! nec filius est „ qui Materni calamitates doloris sine „ dolore dissimulat! Neminem siquidem latet quod Monstrum! quae bellua omnem Patriae sinum occupavit, „ quam laceros ungues intimis omnium-

rat extorres (Iste quidem Sethegius cum Polonicae Princeps esset militiae non juste Rempublicam dispensabat, cum non quod rectum non quod virtus postulaverit, sed pecunia iusserit; non quantum quis meruit, sed quantum dare potuisset inspexit) Hi cum Preside Sileucianae Provinciae cui nomen Magnus, contra Vladislaum conspirant et Zbigneum Vratislaviae Principem constituunt.

Quia

Digitized by Google

„ um gerit precordiis vultur edacis-
„ simus! solus matris non ut Ma-
„ terna sugens ubera, e quibus cum
„ lac emingere non potest, elicit san-
„ guinem: Qui caeteros velut aborti-
„ vos aut procul omnino abigit, aut
„ fastuoso supprimit potentatu.

Quidque apex omnis quidque Decus omne sub Illo? Prestat et in questu pro meretrice sedet.

„ Quis enim expedivit Psittaco su-
„ um chere? (*Ave! salve!*) quis
„ omnes docuit (Majestatis) arithme-
„ ticas conari rationes? Magister artis
„ ingeniique largitor Setegius: qui fas-
„ ces, qui dignitatum gradus, qui gradu-
„ um omnes minutias in artem redegit
„ calculandi: qui Tanti molem Jmpe-
„ rii in trutina venalitatis appen-
„ dit. Proinde maturius tantae cladi
„ occurendum: cui enim ferenda est
„ publica pernicies? publicae hone-
„ statis opprobrium?

„ At vero nutrix deliramenti ae-
„ tas est decrepita: et ad omnia im-
„ becillis infantiae teneritudo: ideo-
„ que nec Regi nec Reginae nec Jn-
„ fantulo id operis competit, cum ne-
„ uter consilio, neuter viribus vel sit

Digitized by Google

„ vel videatur idoneus. Nec enim an-
„ nosa truncus efluens carie in fabri-
„ cae columnam erigitur, nec lenti-
„ sci virgulto ruina maceriae suffulci-
„ citur. Talem igitur et explorari et
„ implorari studiosissime convenit,
„ talem votis omnium expetendum,
„ in quo et rebus afflictis extet sola-
„ tium, et nutantis firmamentum Glo-
„ riae solidetur: cujus tam pereximi-
„ ae felicitatis super-excellentem Te
„ Magne! authorem existima, si con-
„ favoraneum ad nos animum incli-
„ naveris, si Regis primogenitum Zbi-
„ gneum in id propositi contimueris:
„ Quem si perfecte nosse velis, fidelis-
„ simum naturae ac virtutis consule
„ testimonium, quae in Jllo dulci al-
„ tercatione contendunt, ut incertum
„ sit an natura virtutem, an Virtus
„ naturam antecellat?„

Jtaque Magnus diu secum deliberat, deinde Contribulibus deliberatum insuadet consilium, quod cuncti Vratislaviensium incunctanter amplectuntur: et Vratislaviae Principem Zbigneum constituunt. Quia vero id sine

Patris connìventia presumptum est, moveri Pater non potuit, Regina et Sethego flammas indignationis aggerentibus. Jdeo sui coequivocum nominis Regem Hungariae, Moraviae ac Boemorum Principem, nec non alias Tibianorum copias in Silencios contrahit: quibus unde imminebat excidium, inde accumulatior crevit gloria: constantissime namque illorum resistente constantia, seu urgente potius instantia, faedus coactus est pacisci cum filio: quod vero in primo conrordice vestibulo, in ipsis pene pacis primordiis prorsus expiravit.

Nam ut filialem erga Se Pater experiret animum, extremae valetudinis Ian-

---

Quia vero id sine Patris conniventia presumptum est, non moueri Pater non potuit: Regina namque et Setegio flammas indignationis aggerantibus, Regem Hungariae Vladislaum et Bohemiae Principem inducunt per internuntios, ut Vladislao contra filium non prestent amminicula.

Constantissime ergo illorum resistente constantia, seu potius urgeute instantia faedus coactus est pacisci cum filio, qui in ipso pene pactorum primordio expiravit: nam prorsus ut filialem

Digitized by Google

languorem simulat, filium quasi quoddam fati solatium acciri jubet, verum Ille vera cordis non dissimulata laetitia, morbum incessu vultuque fatetur quippe.

Qualis vultus erit, talis corda gerit.

Cùm enim humanum sit etiam alienae calamitati compati, nullum in Jsto intellectum vel fictum est compassionis indicium, imo in tibiis simphonistarum Choris et diversis histrionum praestigiis maerentem Aulam pompatice ingreditur, ut ipse arrogantiae fastus de ipso percontari videatur:

Filius ante diem Paternos suspirat in Annos.

Agno-

---

lem apud Se Pater experiretur animum, extremae valetudinis languorem simulat, filiumque quasi quoddam fati solatium acciri jubet: et cum humanum sit alieni etiam calamitati compati, tamen in Zbigneo intellectum est (saltim fictum) compassionis indicium; imo in Tympanis, tibiis, Symphonistarum choris, et diversis histrionum praestigiis Aulam Regis pompatice ingreditur, ut ipse arrogantiae fastus de ipso pronari videretur *versus.*

Filius ante Patrem, Patrios suspirat in Annos!

Agnosit

Digitized by Google

Agnoscit quidem egregii affectum Filii, sed Paterne ignoscit: et omnino imprudentia arguit qui super tam prudenti facto durius opinati sunt „ „ ait Jllum ex industria in rebus jo- „ cundissimis non iniocundum Patri „ adtulisse solatium: nec enim flamma „ flammis extinguitur, nec maerore „ maeror exuitur, presertim cum hi- „ laritate medentis eger non nonnun- „ quam hilarescat „

Ut autem Jllius tumorem superbiae, si omnino explodere non posset, aliquatenus sublevaret, fiduciales Jlli alas amputat, robustissima Jllius caute solvit presidia: nam Priores Silentiorum, quos viribus ab Jllo seque strare non potuit arte subducit.

Unde

Agnoscit igitur Pater aflectum filii sed Paterne ignoscit„ Ait Jllum ex industria in rebus „ injucundissimis non injucundum Patri aeci- „ tisse solatium: nec enim flammis extinguitur „ flamma nec maeror maerore exuitur, presertim „ cumque hilaritate medici eger nonnunquam hila- „ rescat„ ut autem illius tumorem superbiae si omnino explodere non posset aliquatenus tamen subjuvaret, fiduciales illi alas amputat, robustis-

sima

Digitized by Google

Unde grassantius in Patris injuriam consurgit: Wratislavia enim transfugio excedens, Kruswiciam se recipit: VI Cruswiciensium Acies instruit, Pomoranorum venatur et impetrat Subsidia, cum Patre aggreditur, dimicat, succumbit et carceris ergastulo mancipatur. Hic tanta hostium prosternitur infinitas, ut Urbis proascia campestrium amplitudo, lacuum sit impleta profunditas, adeo, ut omnem ibi natatilis esum, longi successione temporis nonnulli horruerunt.

J. Di-

---

sima illius caute solvit presidia: nam Primos Sileutiorum id est Slesitarum quos viribus ab illo sequestrare non potuit, arte subduxit.

Unde grassantius in Patris injuriam consurgit: Vratislavia etiam transfugio secedens, in Cruswiciam se recipit: sex Cruswiciensium acies instruxit, Pomeranorum non parva venatur et impetrat subsidia, Cum Patre tandem congreditur, dimicat, succumbit, et Carceris ergastulo mancipatur. Ibi quoque tanta prosternitur hostium infinitas, ut Urbis parastia, Campestrium amplitudo, lacuum impleta sit profunditas, adeo ut omnium ibi natatium piscium esum longi successione temporis nonnulli horruerunt.

Quanto

Digitized by Google

J. *Difficile est ut bono peragantur exitu quae malo sunt inhoata principio: vix enim quod ab initio non valet, tractu temporis convalescit, et si non nunquam in bonos usus versum desinat esse vitiosum: nam quae salicto planta inseritur, salicti sapit radicem.*

Unde Zbigneus iste nescio quid inolitae inse circumferens Originis, non modo disciplina protervior, sed Paterna sit correctione arrogantior. Est autem arrogantia quaedam Superbiae species, qua quis pre se neminem ducit hominem: hinc omnis arrogans odiosus: quae pestis sacrilegas nonnullos peperit Patricidas, qui quibus hostes pepercerant, Patribus non pepercere. Nonne enim Bactrianorum Regem Everacidem filius jam regni socius, non solum occidit, sed etiam non dissimulato patricidio (velut hostem non Patrem occidisset) per sanguinem Ejus currum egit, et corpus abijci insepultum jussit? Nonne Rex Segobriorum Nanides Patrem in Aula

Digitized by Google

in Aula obtruncat? cujus etiam sanguinem lingere non horruit, quasi novo laethi experimento probans non minus esse dulcem gustu Patris cruorem quam aspectu. Iste ne solus videatur flagitii suspectus, adolescentes ingenuos muneribus invitat, et in Patris occidionem instruit. Non impune tamen? nam cum filius hujus parricidae, adhuc Patre incolumi ad Regnum suspiraret, et Procerum precipuos studiosius inclinaret, respondent facturos dum Paternam non deserat *prudentiam: quibus Ille* „ quae nam est illa?„ mo- „ dicisper *inquiunt* prestolare, *appelli jubent duos greges, balantum unum, alterum caprarum: et seorsum arietem et hircum* „Utrius inquiunt gregis ducem elige!„ *at ille* „*Balantum*„ „Uter grex potior?„ *respondit* „*Balantum*„ *et illi* „inscrutabilis est Tui Patris industria, et non poteris ad eam: Jlle namque cum sciret similitudinem amicissimam esse naturae non prius nos dilexit, quam Jlli essemus etiam parricidio conformes, et sic nos capris conformat parricidii olo-

Digitized by Google

olocitas; *quibus ergo placere velis, similem Te fieri oportet?*

Proinde cursu citatissimo Patrem adit pugione confodit: Regnum petit, sed proprio judicio a Regno arcetur: ajunt enim „quia Dux esse balantum elegisti, quia potiorem judicasti hirco arietem, recte quidem: sed cur tam repente ex ariete factus es hircus? quere igitur fetas quae hircinia olacitate capiantur: nos deinceps nec esse capras petulantes, nec hirco subesse delectat.„

Is eorum exitus qui sanctissima Patrum numina ea colunt reverentia! Taceo de Illo, (1) qui esti non occidit, quia tamen per eum non stetit quo minus non occideret crinibus emulo fugiente obstitit, miserabiles in ilice pendens parricidii paenas excepit.

Mallei quoque Carthaginensium Principis filium pretereo Cartalonem, qui ad Patrem exulantem ornatus purpura et Infulis fastuose venit: quem Pater, quia coram exulibus

(1) Absalonis *ex alio Codice M. S.*

Digitized by Google

bus se habitu felicitatis jactaverat, cum ornatu suo in altissimam Crucem in Civitatis conspectu configi jussit, statuens exemplum ne quis Paternis miseriis post hać illudat.

Qua ex re liquido perspicis cujus gratiae sit apud alios arrogantiae fastus? quem tanto Pater dignum censuit piaculo! attamen hujus excessit medicina modum, nèc enim debuit ipso gravior vulnere fuisse vulneris curatio.

M. Quanto autem Jlle in Patrem acerbior, tanto in Jllum Pater pietate fuit propensior: quem non solum carceri sed et Paternae potestati emancipat: coheredem constituit: certam Jlli ab haerede legitimo Regni portionem disterminat.

Igitur

Quanto autem Sbigneus in Patrem erat atrocior, tanto in Jllum Pater fuit propensior! quem non solum Carcere sed Paternae potestati emancipat, coheredem instituit, certam illi ab haerede legitimo partem disterminat.

Hic Vladislaus pius Princeps ad honorem S. Venceslai Martiris Ducis Bohemorum Eccle-

Digitized by Google

Igitur Boleslaus licet adolescentulus maturis Jllum virtutibus anticipat, gravissima morum venustate antecellit: ut aetas ulterior in mente adolescentis non immerito suam admiraret canitiem, ut Viros Consulares canis albicantibus respersos verticem ad ejus consilia putares infantissimos: quodquantum apud prudentiores gloriae, tantum Jlli apud mores improbos peperit invidiae: quia virtus sese diligit aspernatur contraria.

Sethe-

---

siam in Cracovia fabricavit. Canonicos instituit, et magnificentia Regali dotavit. Hic A. D. 1102 decessit, sibique Boleslaus successit:

Igitur Boleslaus licet adolescentulus maturis Sbigneum virtutibus anticipat, gratissima venustate antecellit, Cui frater multum invideus adversa adversus eum undique machinamenta parat.

Sethegius vero certis instructus prognosticis suae in Jllo declinationnm versutiae lusisse fertur„ *ecce* inquiens *hic positus est in ruinam multorum, et in signum cui contradicetur!* et „Tuam imprimis Sethegi animam pertransibit „gladius!„ quod et factum est. Sbigneus namque factionem contrahit, seditionis elicit scintillam, odii flammas conflat, discordiae fovet incentiva: quae Boleslaus non tantum sedat, sed et fomentitiam malorum eradicat originem: Sethegio enim

Setheghus namque certis instructus pronosticis suae in Jllo declinationem versutiae luxisse fertur „ ecce „Hic positus est in ruginam multorum! „et Tuam imprimis Seteghè animam „pertransibit gladius!„ itaque factionem contrahit, seditionis elicit scintillam, odii flammas conflat: inter Patrem et filios discordiae fovet incentiva: quae Boleslaus non tantum sedat, sed etiam sementivam malorum eradicat originem: Setegho enim pro-

---

enim proscriptioni exposito partes Regni dissidentes conciliat.

Hic quoque Boleslaus tertius Patrem suum adeo dilexerat, ut in aurea lamina nomen Patris inscripsit, quam aurea cathena in pectus a collo dependere jussit, ut quasi Patre semper presente, filialis jugum disciplinae, Paternae memoriam reverentiae ubique secum circumferret, ob fugam vitiorum ac virtutum custodelam. Quasi lamina suggerente „sic loquere tanquam si Pater presens existat: turpe siquidem est sub Patris conspectu aut agi turpia aut dici scurilia: fertur etiam in veste atra Bolaslaum, Patrem suum integro luxisse quinquennio. Hic denique post mortem Patris quid quid filiationis Patri debuerat. in Fratrem transtulit, licet illum suo nosset insidiari calcaneo: nam ut ex multis pauca perstringam, pauca referam.

Pome.

Digitized by Google

proscriptioni exposito, partes Regni dissidentes conciliat, et quas seditionis occasione occupaverat Provincias Patri restituit.

Non minus in Paternam pius religionem, quam in Patriae commoda propensus, tantum enim virtuti, tantum Paternae devotioni dependit, ut in aurea lamina nomen Patris inscripsit, quam aurea Cathena in pectus a collo dependere iussit; ut quasi Patre semper presente, filialis jugum disciplinae, Paternae memoriam reverentiae, fugam vitiorum, virtutum custodelam, ubique secum circumferret, lamina crebro suggerente „sic loque„re tanquam Pater audiat: turpe siqui„dem est sub Patris conspectu aut agi „turpia, aut dici scurilia„ tanta itaque se Illi veneratione obstrinxit, ut non Patrem coli sed Numen crederes adorari: quod pietatis Illi non defuit etiam Patre fatis intercepto, Quem ut ajunt in veste atra luxit quinquennio.

Et quoniam virtus est habitus mentis bene constitutae: habitus vero est qualitas difficile mobilis, quotquot filiationis Patri debuerat, in Fratrem trans-

transtulit, ut non minus devota sinceritate custodiret fraternae intimitatis archanum, licet Illum suo nosset insidiari calcaneo. Nam ut ex multis pauca perstringam, immo ut ex paucis multa conjectes.

Robustum Pomorani juxta Santok construxerant municipium, quod Santocensium imminebat excidio, quod cum

---

Pomorani enim juxta Zantok robustum extruxerant municipium, quod Zbigneus expugnare contendit, sed ignominiose abigitur. Boleslaus vero non solum illud solo prostravit, sed et Międzyrzecze et alias illorum urbes evincit.

Rursus Sbigneo pre invidia muliebriter illacrimante, Parthi fines Poloniae populantur, quos transflumina tandem consequitur Boleslaus, et hostes fundens, captivos suos ense redemit, et Predones in praedae praedam convertit.

Quae et alia animo Sbignei invidiae fomitem injecere: qui rogatus Frateruis interesse ac preesse nuptiis, Bohemicam instruit rabiem ut Boleslao conubialibus feriante cerimoniis Regnum Ejus grassantius predarent. Sed novus illos sponsus vino cruoris inebriat: qui ut acrius hostilem compescat audaciam, tres electorum turmas in Moraviam destinat. Hi dum infinitas predarum, agunt manubias, Ducem Moraviae Swatopetk a tergo conopicantur (manubia sunt preda quae manu ducitur) Nec liquido claret utrumne tigridam

cum expugnare contendit, Zbigneus, ignominiose abigitur. Boleslaus vero non solum illud solo adequat, sed Metiretz et alias illorum Urbes evincit.

Rursus Zbigneo muliebriter per invidiam illachrymante, Parthi Poloniae fines populantur, quos transfluenta tandem consequitur Boleslaus, et hostes passim fundens, suos ense captivos redemit, et Predones in praedae praedam convertit.

Quae adolescentis tyrocinia cisannos aucta pubertatis, animo Zbignei fomitem injecere invidiae: unde fraternis corrogatus interresse ac preesse nuptiis, quae putas sponsalia? quae sodalitia? quos denique Paranymphos arthitriclinari studuit. (*) Boemicam

---

gridem orbatio. Catulorum stimulantius urgeat? an leones predae aviditas urgentuis instimulet? lugendus tamen utrinque conflictus vix multo utrorumque scinditur discrimine! Hic militiae Princeps Vislaus manu mutilatur, proqua in virtutis insigne auream illi Boleslaus restituit.

(*) Trithelmium dicitur domus incamerata in qua sunt nuptiae unde Archi Trithelmius Princeps Trithelmici *ex alio Cod. M.* 5.

Tanta

Digitized by Google

cam suscitat rabiem; instruit ut Boleslao connubialibus feriante cerimoniis Regnum Ejus grassantius depredentur. Sed novus illos Sponsus vino cruoris inebriat: qui ut acrius hostilem compescat audaciam tres delectorum turmas in Moraviam destinat. Hi dum infinitas predociniorum agunt manubias Ducem Moravie Suatopelk a tergo conspectantur. Nec a liquido claret utrumne Tigridem orbatio Catulorum stimulantius urgeat? an Leones predae aviditas urgentius instimulet? lugendus tamen utrinque conflictus, vix multo utrorumque scinditur discrimine! Hic militiae Princeps Selislaus manu mutilatur: pro qua ob virtutis insigne, auream Illi Boleslaus restituit: quod aemulorum livor et maxime non fraterna Fratris mordacitas in ridiculi parabolam pervertit.

J. *Nihil adeo bene vel fit vel dicitur, quod non possit depravari. Nam quid in lingua lascyniae? amenitas: quid in lingua serpentum? sibilus. quid in lingua canum? la-*

tra-

Digitized by Google

tratus. Unde cum dictum est Sapienti „male de Te locuntur homines„ male inquit sed mali„ Rursus „ male de Te locuntur homines:, et Ille; non quod debent faciunt sed quod solent.„

Gloriosum vero est Viro forti, corpore Mancum, virtute videri ambimanum! quod illum vere Virum non latuit, qui multis in praelio fusis ab hoste tamen gressu subvernatur, a consociis deplangitur; quorum ille planctum ridiculo excipit„ jocundum „sibi gratulans accessisse hac in re „commertium, ut singuli passus vir„tutum sint monumenta, non claudi„candi opprobrium: suam alii unde „libet mendicent gloriam, ego meam „corporis cicatricibus insculpsi: qui„dam enim inquit, et si claudicare „videantur non claudicant, sed vel „virtutes computare, vel earum in„crementa meditant.

M. Tanta vero Boleslai undique fama percrebruit, ut omnes Illius Ani-

Tanta denique Boleslai undique fama percrebruit, ut omnes Illius animositatem hostes obstu-

Digitized by Google

Animositatem hostes obstupescerent, ut Martis alumnus, Tigridis filius, Leonis rabies, Draco flammivomus, ictus fulminis, seu quovis alio feritatis vocabulo a diversis nuncuparetur. Tantus enim Illi animus! tantus belligerandi amor inerat, ut graviorem putaret otii torpedinem, quam morbi languorem.

Nec minus Illum Fratris exercuere insidiae quam hostis extraneus; qui tum Fraternae virtutis odio, tum insuspecto nocendi desiderio, amorem simulat, fidei constantiam paciscitur: Juris jurandi exsecratione se invicem obstringunt „neutrum sine altero de pace

---

stupescerent: ut martis alumnus, Tigridis filius, Leonis rabies, Draco flammivomus, ictus fulminio, seu quovis alio ferocitatis vocabulo a diversis nuncuparetur. Tantus enim Illi animus, tantus belligerendi amor inerat, ut graviorem putaret otii torpedinem, quam morbi languorem.

Nec minus Illum fratris exercuerunt insidiae, quam hostis extraneus. Qui tamen Sbigneus fraternae virtutis odio cum suspecto nocendi desiderio amorem simulat, fidei constantiam paciscitur, jusjurandi execratione se invicem obstringunt, neutrum sine altero de pace

vel

„pace vel hostilitate cum quibuspiam „decernere: utrumque alteri salubri„tate consilii, amminiculorum prom„ptitudine quam fidelissime suppete„re„ quorum animo illud imprimis unanimiter insedit, ut Maritimas occupent Provincias, ut Pomoranorum retundatur improbitas. Itaque locum tempus modum contrahendi ordinandi et educendi cohortes eligunt: quod in ipso pene deliberandi auspicio, proditionis Jlle princeps, Pomeranis fertur prodidisse: nam nec sponsionem condicti prestitit, nec suam aut suorum copiam collibito exibuit, immo Fratris promtissimos tam amicos quam obsequiales occulta persuasione a proposito distorsit.

In-

---

vel hostilitate cum quibuspiam decernere; utrumque alteri salubritate consili, auxiliorum promptitudine quam fidelissime suppetere id est juvare. Quorum animo illud imprimis unanimiter insedit, ut maritimas oocupent Provincias, ut Pomeranorum retundatur improbitas. Itaque locum tempus modum contrahendi ordinandi et educendi cohortes eligunt. Quod in ipso pene deliberationis auspicio, proditionis Jlle Princeps Pomeranis fertur prodidisse: nam nec sponsionem

con-

Digitized by Google

Interea Pomoranorum latrunculi Poloniae conterminia manu valida insiliunt, flammas inijciunt, predas abigunt: igitur Boleslaus nihil tale suspicatus, instupidus tamen cum paucis advolat, hostes aggreditur. Quantus furor, quanta temeritas! octoginta duntaxat Viri cum tribus millibus committuntur: sed quid Hi sunt inter Tantos? non frustra tamen spicarum gelimis exiguus licet igniculus involvitur. Caeduntur quidem! sed caedi malunt quam cedere Boleslaidae: sed ho-

---

dicti, nec suam aut suorum copiam collibitè *id est pacto* exhibuit: imo Fratris promptissimos tàm amicos quam obsequiales occulta persuasione distorsit.

Interea Pomeranorum latrunculi Poloniae confinia valida manu insiliunt, flemmas inijciunt, praedas abigunt. Boleslaus vero nihil tale suspicatus, intrepidus tamen cum paucis advolans hostes aggreditur. Quantus fervor! quanta temeritas! octoginta duntaxat viri cum tribus millibus committunt! Sed quid hi sunt contrs Tantos? ceduntur quidem, et cedi malunt quam cedere, sed hostium strages decuplantur, nec cessat Leo rabidus turmas transgirare cuneos prescinde donec Ejus asturco *id est dextrarius* procubuit. Tum vero plures pedestri prosternens conflictu

Digitized by Google

hostium strages decuplatur: nec cessat Leo rabidus turmas transgirare, cuneos perscindere, donec genitalibus fusis Ejus asturco procubuit: tum vero plures pedestri prosternens conflictu, a campo certaminis non declinavit, sed virtute indefessa fit hostibus hostis infestior. Nec non Sacri Comes Palatii Scarbimirus instat segnius, tanto acrior, quanto cruentior! erat enim lumine dextro tenebratus: sui quoque victores per omnia cedunt hostes et sternunt: quorum quidam non victi sed vincendo fatigati, inter stratorum Catervas hostium obdormiscunt.

J. *Quod amore Patriae suscipitur amor est non furor! virtus est non temeritas! fortis enim est ut mors dilectio, quae quanto est meticulosior*

---

e campo certaminis non declinat, sed virtute infessa fit hostibus infestior. Nec sacri Comes Palatii Scarbimirus instat segnius, tanto acrior qnanto cruentior (erat enim lumine tenebratus) sui quoque victores hostes per omnia cedunt et sternunt, quorum quidam non victi sed vincendo fatigati, inter stratorum catervas hostium obdormiscunt.

Exem-

Digitized by Google

sior, tanto audacior: nihil enim audacius in arma Cives provocat quam Civilis timor discriminis: hoc est quod Solon Athenienses exortans ait „non „ minus timidos vos esse velim quam „ audaces, quia timor circumspectio„ nem suggerit, et circumspectio pa„ rit confidentiam, confidentia gi„ gnit audaciam, qua homo saepe se „ ipso fit animosior„ quid igitur Machabaeum cum octingentis viris contra viginti duo millia Bachidis impulit, ut sui oblitus, suorum potius meminerit? quam vitae Amor Patriae: quid Sexcentos Spartanorum in Castrum Xerxis animavit ut quingenta millia non horruerunt? amor Patriae: quid quando Saulides in jugeris dimidii perexiguo spatiolo viginti viris cesis tot Philisteorum legiones solo comite armigero et impegit et confudit? aut Unde tantum animi Eleazaro, ut salubrius cedentibus aliis, suffossi ruina Elephantis obteri elegerit? (*) unde

(*) Quid trecentos Spartanorum contra Persas animaverat, ut quingenta hostium millia non horruerint? *ex alio Codice M. S.*

Digitized by Google

unde compluribus tanta moriendi voluntas! amor Patriae! nam ut alios sine invidia preteream, superexcellentem audi Codri virtutem.

Dorenses contra Athenienses preliatnri Oraculum consulunt, quibus respondetnr „si hostium occiderint „Regem ipsi vincentur„ quo cognito Rex Atheniensium Codrus, permutat habitum, pannosus castra hostium ingreditur, militem ex industria falce vulnerat, et a vulnerato occiditur: Hostes corpore cognito sine praelio discedunt. Sic virtus Regis propriae discrimine mortis, Patriae salutem mercatur. Non est ergo alienum a virtute privato incommodo publica firmare. M. Ru-

---

Exemplo Codri de quo fertur quod Dorenses contra Athnnienses preliaturi oraculum consulunt: quibus respondetur „ Quando hostium „ occiderint Regem„ quo cognito Rex Atheniensium Codrus permutavit habitum, pannosus castra hostium ingreditur, militem quendam ex industria falce vulnerat, et sic a vulnerato occiditur: hostes vero cognito Eo Roge sine prelio discedunt. Sic virtus Regis propriae discrimine mortis Petriae salntem mercatur, sed redeamus ad propositum.

Rumore

Digitized by Google

M. Rumore tandem prelii diffusius perstrepente, fit ad Principem suum undique concursus: non desunt qui protervum qui incircumspectum ac precipitem dicant, quod inconsulto animi calore tanto sese periculo ingessit: nec decere Ducem examinis uspiam evolare sine examine. Aliis egregie animose actum videri coelo tenus efferendum! ajunt „ cotem esse debere Principem qui suos exacuat non obtundat„ et inter hostium cadavera aequi cadaver inspicantes „ecce in„quiunt, ecce Alexandri Bucephalus! „quem Rex Jndorum Porus occidit! „quem deinter hostes per caudam ad suos

---

Rumore tandem prelii diffusius perstrepente, fit ad Principem suorum undique concursus (nec defuit qui Regem redarguat „cur tanto „sese prelio ingesserit, nec decere Ducem „examinis sine examine uspiam evolare „Ipsum vero respondisse ferunt „ talem esse debere „Principem, qui eos exacuat non obtundat) et dum inter hostium cadavera equi cadaver inspectarent, „ ecce inquiunt ecce Alexandri Buce„phalus quem Rex Indeorum Porus occidit.

Digitized by Google

„suos Alexander protraxit„ sed et Comiti Scarbimirio effossi luminis a Patre Alexandri mutuantur solatium, qualiter Philippo Montanam Urbem oppugnante sagitta de muris jacta Regis dextrum oculum effodit, quo vulnere nec segnior in bellum, nec iracundior in hostes, nec moderatus tamen, sed etiam mitis adversus victos fuit.

Boleslaus vero torrentis instar spumantiore impetu rapitur: fit obice torrentior, fit correptione animosior! Cumque ultum ire avidius parat, Zbignei rursus acciti dolo Boemi prae foribus nuntiantur. Utrum ergo eligendum „vetus „ insectandus hostis? an novo occurren-

Boleslaus vero torrentis instar spumantiore impetu rapitur, fit obice torrentior, fit correptione animosior. Quumque ultum iri avidius parat, Zbignei rursus dolo acciti Bohemi pre foribus nuntiantur. Verum utrum vetus insectandus sit hostis? an novo occurrendum? „hoc „inquit est tutius: illud honestius „ neutrum tamen negligit fidelis Machabeorum imitator. In duas siquidem partes suos dividit, quorum unam in Pomeraniam destinat, (qui de Pomeranis victoriam referunt) ipse vero de Bohemicorum militibus triomphat: sic etiam injuriam propulsat, Patriamque conservat.

Est

Digitized by Google

„ rendum?„ ac hoc tutius, illud honestius: neutrum tamen negligit fidelis Machabeorum imitator! nam et quos in Pomoraniam destinat de Pomoranis victoriam referunt: et Ipse de Boemorum millibus triumphat: sic et injuriam propulsat et Patriam conservat.

Est autem oppidum Cozle finibus conterminum Boemiae, quod non ab hoste sed presidum incuria igne neglecto concrematur. Veretur Boleslaus ne ab hostibus muniendum occupetur, illo itaque ocius accelerat, Fratris ope subsidiari postulat, cunctanti scribit, „ nimis delicatus est qui honorem ap- „ petit sine onere; nam etsi honesta sit, „ certe onusta est Principandi solertia. „ Et nos quidem ejusdem orti pariter „ carpimus delicias, sed modo dispari ortum

---

Est autem opidum Kosle conterminum Bohemiae finibus, quod non ab hoste, sed presidum incuria *id est mala cura*, neglectum, igne concrematur. Veretur Boleslaus ne ab hostibus muniendum occupetur: illuc itaque otius accelerat, fratris ope presidiari postulat, ex quo talia scribit.

Nimis

Digitized by Google

„ ortum excolimus, cum ratio exigat,
„ ut quem utilitas delectat, difficultas
„ non terreat. Decebat enim publicis
„ administrationibus, in Reipublicae
„ patrociniis Eum precipue princi-
„ pari, qui Primogeniturae preminet
„ principatu, quodsi laboris sarcinam
„ declinare potius eligis? meorum sal-
„ tem ac meis confave laboribus, quos
„ omnium commodis intellexeris ac-
„ comodos, penes Te itaque jubendi
„ authoritas, penes Me sit obsequen-
„ di promptitudo: turpe enim est lu-
„ ctari cum onere quod semel susce-
„ peris.„ Ad

„ Nimis delicatus est qui honorem appetit
„ sine onere: nam si honesta fit, certe onusta est
„ principandi solertia. Et nos quidem ejusdem
„ horti carpimus delicias, sed modo dispari
„ hortum excolimus. Cum ratio exigat ut quem
„ utilitas delectat, difficultas non terreat, de-
„ cebat enim in publicis administrationibus, in
„ Reipublicae patrociniis, Eum precipue princi-
„ pari, qui primogenitureae premineat Princi-
„ patu. Quod si laboris sercinam declinare po-
„ tius eligis, Meorum saltem ac meis confove
„ laboribus, quos omnium commodis intellexe-
„ ris accomodos. Penes Te itaque jubendi Au-
„ thoritas, penes me sit obsequendi prompti-
„ tudo. Turpe enim luctari cum onere quod
„ semel susceperis!„ Ad

Digitized by Google

Ad haec Jlle sinistrissimus interpres stomachatur consternatur: Legatos vinculis conijcit; occasionem contra Se queri queritur: Pomeranos Boemos Moravos Lemmanorum Duces in Fratrem suscitat, ut Jllum a Regno exterminet.

Horret his auditis Boleslaus et haesitat
Quos prius expectet aut quos prius impetat Hostes?

Non imprudenter tamen Prudentum secutus consilia Bohemicos sibi conciliat, faedus ferit, Fratri simul et dolos et vires amputat. Verum ille ritu Parthico plusquam Par-

---

Ad haec Jlle sinistrissimus interpres stomachanter consternatur, legatos vinculis conijcit, occasiones contra sequeri querit, Pomernos Bohemos Moravos et Lemmanorum Duces in fratrem suscitat, ut Jllum a Regno exterminent. Horret his auditis Boleslaus! et hesitat quos prius expectet? quos post impetat hostes? verum Divino coadjutus auxilio, hostibus devictis fratrem insequitur, qui in fugam versus, Masoviae carectis delituit: quem Boleslaus omnibus ejus municipiis interceptis urgentissime insectatur, donec humillime provolutus, vix Optimatum tandem obtinet interventu, ut miles saltem fratris non Regni Coheres estimetur.

Sed

Digitized by Google

Parthus fugam eligit pro conflictu, et Marii exemplo in Masoviae carectis delitescit; quem Boleslaus omnibus illius Ejus municipiis interceptis urgentissime insectatur, donec humillime provolutus, vix Optimatum tandem impetrat interventu ut miles Fratris saltem non Regni cohaeres estimetur: illud quoque satisdatione pollicetur ne quas Boleslao suspectas munitiones aut novas erigat, aut dirutas resarciat.

Sed nec tunc inolitae fomes perfidiae in Illo sopiri potuit! nec dum extingui! non enim est facile a Consuetudine revocari, cum sit consuetudo altera natura. Itaque sub amoris pre-

---

Sed nec diu inolitae fomes invidiae ac perfidiae in illo sopiri potuit nec tunc extingui (non enim est facile a consuetudine revocari, cum sit consuetudo altera natura) itaque sub amoris pretextu tendit laqueos, fodit pedicas, torques pendilia casses jacit, hamos inescat, alimenta toxicat et omne dolositatis artificium experitur: nam Boleslao in Maritima profecturo, cooperator Ille iniquitatis! Fratri suorum subtrahit auxilium, hostium subsidio seipsum impendit. Qui ut dolum tegeret arma mutat, castra fratris ingreditur, quibus noctu exploratis, cum hostibus impetum facit.

Erat

Digitized by Google

pretextu tendit laqueos, fodit pedicas, torquet pendilia, casses jacit, hamos inescat, amenta toxicat, et omne dolositatis artificium experitur: novissime fellis acerbitatem, virus evomit pestiferum! nam Boleslao in Maritima profecto, cooperator Jlle diligens quae consuevit opera Fratrem coadjuvat (Jmpietas enim sacrilega sacramentum fide, naturam privat pietate) Fratri suorum subtrahit amminiculum, hostium subsidio se ipsum impendit: Qui ut dolum tegat, mutat arma, castra Fratris ingreditur, gregarium militem se simulans.

Erat interea Boleslaus extra, suorum diligenter explorans excubias: a tergo igitur hostes occupat, quibus fusis magister doli, casu detecta Cassidе deprehenditur, capitur, coram Magistratu Majestatis insimulatur. „Civium

---

Erat interea Boleslaus extra castra suorum diligenter explorans excubias: a tergo igitur hostes occupat: quibus fusis, magister doli, *casu* dejecta cassidе deprehenditur *idest capitur*: coram Magistratu Majestatis insimulatur, *idest accusatur*„ Quod Civium castra cum hoste impege-

Digitized by Google

„ vium castra cum hoste impegisti ?„ at Jlle „ non inficior, me cum hostibus „ imo ante hostes ingressum, quia „ impetum facturos precurrere con- „ tendi „ Cumque rei et facti atro- citatem tota stupet Concio, quidam Principi dignitate Satrapa proximus exorditur:

„ Eloquar an sileam? dolor est siluisse dolorem.
„ Vulnus enim geminat vulnere spina latens

„Sed etsi omnis lingua sileat, sua tamen „ hominis de homine non silent studia. „ Hic siquidem non incallidus Ho- „ mo, quo dolum tegat, habitum „ dissimulat, Regni ambitione se ra- „ ptim ad hostes recipit, hostibus in „ excidium Patriae subordinatis, ca- „ stra Civium irrumpit, ut Regni ex- „ tincto lumine et tyrannidem occu- „ pet, et tirannidem exerceat.

„ Porro sub habitu ficto cum ho- „ stibus Zbigneum castra ingressum „ convenit mihi cum adversario: quo „ animo id fecerit? induxitne illos? fece-

„ pegerit„ at Jlle „ non inficior me cum hostibus „ imo ante hostes ingressum, impetumque fa- „ cturos precurrere contendi.„

Vix

„ feceritne cum illis impetum? id in
„ controversia verti videtur: et pri-
„ mo hujus naturam hominis ante o-
„ culos ponendum: secundo quae Illi
„ disciplinae fuerint studia contem-
„ plari libet, tertio quae in Cives vel
„ erga hostes affectio demonstrandum?
„ his enim digestis non pauca quidem
„ dubitatio remorari potest condem-
„ pnationem.

„ Hujus itaque naturam nullum
„ habere cum virtute consortium li-
„ quido constabit, si Ejus origo exa-
„ minatius attenditur: non enim fa-
„ cile planta convalescit, cujus radi-
„ cem vermis in ipso plantationis e-
„ xordio cauteriat: immo qui salici
„ surculus inseritur, salicti sequitur
„ saporem: et ex Pegaso conceptus
„ burdunculus matris asinariam ex-
„ primit ruditatem, non Pegasi pro-
„ sapiam: nam quid adulterinae pal-
„ mes propaginis propinare potest?
„ nisi acerbissimum labruscae stupo-
„ rem: pestilens enim est succus ra-
„ dicis pestiferae. Fama est Leenam
„ quandoque commisceri cum lupo,
„ unde Unciam nasci dicunt, qua de-

pre

„ prehensa Leo invidia ejus cum Lu-
„ pa commiscentur, hinc nascitur
„ Leoxippus, qui vulgo lupus rabidus
„ dicitur.

„ Quem ergo aut jacere aut con-
„ cipere sementem virtutis potest
„ Scorti seminarium? sed garrula
„ ocellorum lascivia non nihil suspi-
„ tionis affert, et ipsa blesantis lin-
„ guae teneritudo.

„ Nescio quae tenero supplantat verba palato
„ Sic dulces, sic mellificant fel dulce Sirenes
„ Pixide vipereum, virus, in ore favum

„ est enim eadem. Istius natura quae
„ Basilisci, quae Cicutae quae Olophagi
„ quae Cerastis; nam et Basiliscus se-
„ renitate visus enecat et extinguit;
„ Cicuta quo dulcior eo nocendi ef-
„ ficacior; Olophagus nunquam crude-
„ lior quam cum simplicitate blandi-
„ tur Columbina; Cerastes vero quan-
„ dam in cornibus putans magestatem,
„ Regem sese gerit reptilium."

„ Horum non naturam, sed deli-
„ ramenta naturae, sed virus atrocis-
„ simum, Huic perditissimo tam per-

ti-

Digitized by Google

„ tinaciter inhaesere, ut ea nec relin-
„ quere velit nec possit! quarum te-
„ stimonia rerum ex ante actis Hujus,
„ luce clarius enitescunt, quae quasi
„ Vobis non incognita praetereo: quia
„ in re prorsus perspicua tempus te-
„ rere nihil agentis est.

„ Accedit ad haec egregiorum Edu-
„ catrix morum disciplina, cujus per-
„ fectionem nunc apud Teutones nunc
„ apud Praganorum perfectissimos
„ continuis sudoribus vix tandem
„ Hic est assecutus.

„ Quem latet ambitio fastus esusque furoris
„ Teutonici? gerit hunc intus Hic atque foris.

„ aut quis ignorat quae Praganae sit
„ Ethicae perceptio? *Sis blandus Fili pariter et insidiosus! quia nihil facilius quam sub medici specie animam aegrotantis excludere. Gratiam finge in odio, non odium in gratia, quia tuta frequensque via est per amici fallere nomen. Utilitate cole amicitiam non fide! quia quod est sine succo radix, quod sine fructu folium, hoc sine utilitate amicitia. Plura semper promittas*

qnam

quam praestare velis! quia multa promissio paucos obligat multos exhilarat. „ hinc est quod in Isto.

Non fructus florem sequitur, non gramen haristam, Ponderis in tantum, pondere cuncta carent.

„ si ergo vicinus dives cupiditates irritat? si delicatus Socius paulatim enervat et emollit? si a Convictu mores formantur? cui mirum videatur Hunc talem, talia presumpsisse! „ At vero acrius Illum arguit, acrius exercita in Patriam atrocitas! cui tamen et si aut occasio aut facultas quandoque defuerit nocendi, certe animus nunquam defuit: cujus rei argumenta non tam vincula quam carceris ergastulum, cruentissima temeritas, factio Sacrilega in Paternam totiens reverentiam conspirata! Nec enim Ipsi nescitis quin non modo Civilis, sed etiam Fraterni sitientissimus sanguinis semper extiterit: nam quid totiensetiam hostium in Nos expertae vires? quid affinitates, quid sodalitia? quid tam versuta totiens versata cum hostibus locuntur ingenia? non singula-

re

„ re cujusquam, sed publicum Rei
„ publicae discrimen: cui cum impe-
„ rare Homo ingeniosus non posset,
„ perdere contendit."

„ Quid denique hujus facti, de
„ quo nunc agitur, circumstantiis ex-
„ pressius?

Scis quem pileolo pileat iste dolum.

„ hostes antecedit, arma ingerit, sed
„ mutata? scis cur antecedit hostes?
„ ut si vincat animasse hostes se glo-
„ rietur: si vincatur, nuntii jactitet
„ cautelam. Rursus cur arma ingerit?
„ ut vincat: cur mutata? ut si vinca-
„ tur delitescat, ut quorsumlibet fati
„ vergat alea, utrolibet cadente, non
„ desit alterum, aut viucendi fidu-
„ cia, aut mentiendi industria.

„ Est ne igitur quo Jlle vel vel
„ tenuiter tam nudum facinus ope-
„ riat, tullius raticinculae panniculus?
„ Virtutem allegabis: at in isto nec
„ simia fingi potest virtutis. Dotes na-
„ turae? at Jlla Huic non modo non
„ amica sed infesta. Quid ergo Fra-
„ terna inquis religio, Civium ample-
„ plexus, Patriae salus, publicae de-

nique

Digitized by Google

„ nique honestatis justitia, quem adeo
„ desperatum modicum labi nedum
„ in tam horrendum flagitii piaculum
„ ruere patiantur? at horum hic o-
„ mnium semper hostis fuit atrocis-
„ simus.

„ Ad naturalem itaque hujus per-
„ niciem si oculus rationis reflectitur;
„ si olocissimam hujus morum corru-
„ ptelam, cujus faetore omnis aer in-
„ ficitur, Vestrae Discretionis nares
„ non dissimilantur; si atrocior mali-
„ gnandi pertinacia quae Isti nun-
„ quam defuit, in lance appendatur
„ examinis, si omne circumstantia-
„ rum pondus Illum obruit; nec omni-
„ no excogitari pro illo possit vel e-
„ mendicatum patrocinii suffragium;
„ non est qui neget locum maleficii
„ fuisse: Immo quia multiplex funi-
„ culus difficile rumpitur, quia mul-
„ tiplici monstrum hoc et vincitur
„ Cathena, et vincitur, nescio quod
„ ingenium, quis Protheus vel calcu-
„ lum damnationis transfigat? vel no-
„ dum supplicii dissolvat? nam si ab
„ humanitate derelictus homo laetam,
„ quod absit, referat sententiam, nul-

la

Digitized by Google

„la res unquam aut huic mederi po-
„terit incommodo, aut erratum cor-
„rigere: nec enim post incendii fa-
„villam succurritur incendio, nec
„post naufragium naufragio consuli-
„tur, presertim cum voluntario ac
„deliberato facinori nulla sit uspiam
„expiatio veniae; imprudentiae vero
„seu necessitudini etiam justam de-
„precationem esse paratam. Lex
„enim jubet remissionem veniae, cri-
„mina nisi semel commissa non ha-
„bere."

Vix Hic verba finiverat, cum omnis pene Concio cuspides in Zbigneum attollit, exclamat „non modo illum „configi sed morsibus debere amarissimis

---

Vix haec verba pronuntiat, cum omnis pene concio cuspides in Sbigneum attollit, exclamant „non modo eum configi *idest non tantum*, sed „moribus debere amerissime discerpi!„ quorum vix tandem sedato tumultu ait juris peritus quidam„ Periniquum quidem ut mulcta poena sen-„tentiam anticipet: nos vero in quenquam sen-„tentiam ferre non possumus nisi aut convi-„ctum aut sponte confessum: et idem versifi-„cans

„Sit piger ad poenam Princeps ad praemia velox!

Sane

„ simis discerpi,, quorum vix tandem sedato tumultu; Juris, non imperitus quidam „ Periniquum, inquit, „ est ut mulcta sententiam anticipet: „ Nos vero in quenquam sententiam „ ferre non possumus, nisi aut con„ victum aut sponte confessum. Unde „ Imperator Constantinus *Judex ait criminosum discutiens, non ante Sententiam proferat, quam aut reus se ipsum confiteatur, aut per innocentes testes convincatur*: au„ distis autem in prima litis contesta„ tione Reum excepisse: *Fateor inquit me cum hostibus, imo ante hostes castra ingressum nec impetum feci, sed impetum facturos prenuntiare contendi* exceptioni autem si „ rationis robore nitatur, audientiae „ copia negari jure non oportet: ratio „ ergo exigit ut qui capit constructivas „ exceptiones, rationes non sileat,

ZBIGNEUS

„ Rem Patres Conscripti spectan„ dum est non Hominem, quia facti „ causas ponderari convenit, non ho-

minis

Digitized by Google

„minis ventilari naturam. Principali „etenim edicto in Concionem profe„ctus, hostem casu illabor, potentis„simis hostium inssidiis consisto; de„clinandi nulla facultas, vestigia nulla „retrorsum, vires experiri vetat vi„rium disparitas: nam quod posse „putes acinum torcularis prelo sub„impressum: quid ergo? noctis ac „industriae mox instructus oraculo, „arma mitto, collegam simulo, in „Vos impetum facturos hostes pre„sentio, et sensim erepens ut rem „Civibus detegam, hostes evestigio „subsequentes antevolo, arma immi„nere clamito: sed in ipsis Castrorum „initiis hinc ab hostibus, illic a Ci„vibus quasi hostis occupor.

„Civem autem ad Cives licet „confugere, civile operire non ce„lari discrimen, quis inficiari au„deat? sed malignandi non interces„sisse animum primo demonstrari „convenit: deinde non aliud quam „facinus jure fieri debuisse: supremo „in quibus pars adversa suae robur „allegationis exstruit, nihil subesse „roboris evidentissime detractabo.

Digitized by Google

„Non est ratio, quae nos in nos „in nostrae Reipublicae perniciem in„ducere potuit; vipereum enim non „humanum est, Maternum alvum con„cutere. Nam nec ea de qua magis „videtur, quam adversarius allegat, „Ambitus causa stare potest: nam si „est (imo quidem est) ambitus *ve„hemens honorum appetitus*, quod „quis ambit necessario appetit, si ap„petit desiderio amplectitur.

„Quo ergo pacto? quis prudens „ejus rei suspiret interitum, quam „summi voto desiderii fore mallet „perpetuam? cuncta etenim vel mo„dica favoris, hominem suavitate al„liciunt, pertenerrimo foventur am„plexu, tum vero ea permaxime col„lactea, quorum dulcedine Natura „nos peperit, fovit educavit. Si enim „a nido hirundo mucrilegum? si fu„cum ab alveo favigena Vermiculus? „si a formicinio denique arcet formi„ca incedium? quo animo Filius aut „Materno gremio flammas iniiciet, „aut in sacerrima Patrum precordia „cruentos hostium gladios exacuet! „Non est certe humanum, id feritatis,

„tis, hominum cuilibet atrocissimo „imputare: est enim Homo animal „mansuetum natura.

„Si ergo pollicitus sum me ostensurum non intervenisse rationem, „qua inducti, Reipublicae machinaremur exitium, et si ambitionem „quam Illi precipuam in nos causam „conserunt, sed et ipsam rerum et humanitatis naturam, animum malignandi non pati posse docui; non „est dubium quin confiteatur maleficio locum non fuisse.

„Nec vero aliud quam gessimus „aut fieri decuit aut elegi opportuit: „nam quid decentius? quam quod „accedentius pietati: quidque pietati accedentius? quam quod omnium „necessario salus postulabat. Aut certe dissimulari debuit prescius hostium incursus? aut detegi? Si dissimulari; habitum non injuria transfigurandum duxi, ne ab hostibus „index deprehenderer: si detegi; „quam officiosissime hostes antecurri, „ne insuspicatus hostis inremediabilem vulneris jacturam infligeret: „previsa enim jacula minus feriunt:

Digitized by Google

„Neque enim negligenter ferre potui „non tam vicini quam domestici pa„rietis incendium: negligere namque „cum possis perturbare perversos, „non aliud est quam favere. Cum qui„bus quia viribus nequeo arte con„fligo. Quippe

Dolus an virtus quis in hoste requirat;

„nihil enim rationi familiarius, nihil „juri magis consentaneum, quam vim „vi repellere, et insidias insidiis elu„dere: quia tam leges Divinae quam „Humanae bonum dolum admittunt.

„Sed illud Nos in suspicionem „trahere videtur, quod pene una cum „Hoste castra ingredimur? sed nemi„nem judicari convenit suspitionis ar„bitrio, nam hoc partim imprudentiae, partim impotentiae convenit „imputari; imprudentes enim ab „hostibus intercepti cursu citatiore „prevenire nequivimus: lege vero cau„tum est, *negotium gerentes alienum „non interveniente speciali pacto ca„sum fortuitum prestare non com„pelluntur.*

„Nam quod astruere conantur: „nostram naturam non habere cum

Digitized by Google

„ virtute consortium? proposito non
„ attinet: nec enim de natura nobis
„ controversia fuit, sed de facti qua-
„ litate. Socii tamen Licophrontis mo-
„ do sophistico ad ea non incallide
„ reclamantur, circa quae idonei vide-
„ antur argumentorum. Sed aspicis
„ ipsos ipsorum gladio incumbere:
„ nam si ad insertionum inspicitur
„ naturam, cuncta generositatem sur-
„ culi secuntur, non silvestrem trunci
„ aut radicis propaginem. Cumque
„ non habent quid in medium profe-
„ rant, conspicuas naturae dotes, has
„ causantur, illas brutorum brutesce-
„ re jubent: et quorum fortasse virus
„ gerunt, in alios transfundunt.

„ Audet proh pudor! effrons im-
„ pudentia, impudicis linguae proca-
„ citas limpidissimum honestatis fon-
„ tem illambere! Quem latet? Imperio,
„ Fama, virtutis odore, florere Lemma-
„ niam, moribus omnibus antefore?
„ Quos animi probitas probat, auget?
„ nonne Pragitas? Cui primis meritis
„ par Gloria? nonne Pragitis: virtu-
„ tumque sitis cui Soli? Sola Pragi-
„ tis: Talium ergo Magistra disciplina!

Digitized by Google

Tam fructus florem sequitur quam gramen aristam
Ponderis in trutina singula pondus habent.

„ Caeterum, quid Paternae nobis
„ severitatis vincula objectant, et car-
„ ceres? candentis flos opinionis, nec
„ leditur nec marcescit: nam si judex
„ severior citra sententiam infamiam
„ ex his non irrogat, Paterna quomo-
„ do correptio infamem constituet?
„ audi legem: *infamiae detrimentum*
„ *minime Tibi affertur ob id solum*
„ *quod in carcerem conjectus es, vel*
„ *vincula Tibi jussu legitimi Judicis*
„ *injecta sunt.* Rursus. Cum non cau-
„ sa cognita dictum est Sicophantis, sed
„ ad Postulatum Patroni interlocu
„ torie Judicis responsum sit „ *nequa-*
„ *quam hoc infamiam irrogat, am-*
„ *plius nullam existimationis infa-*
„ *miam Avunculus Tuus pertimescat*
„ *ictibus fustium subjectus ob cri-*
„ *men, habita quaestione, si senten-*
„ *tia non precessit ignominiae macu-*
„ *lam irrogans.*

„ Jam vero caetera silentio di-
„ gnius quam responsione confutantur.
„ Miramur tamen Adversariis indulge-
ri,

Digitized by Google

„ri, ut non vindicariae statim seve-
„ritati subjaceant, qui plus jurgiis
„deberi putant quam juri, plus fal-
„sis argutiis quam vero arguere con-
„tendunt! nam *Si quis* inquit Lex,
„*adeo pertinax fuerit, ut non ratio-*
„*ne sed probis putet esse certandum,*
„*opinionis suae immutationem pa-*
„*tietur: nec enim*, ait, *convenientia*
„*commodanda est, ut quisquis ne-*
„*gotio derelicto, in adversarium su-*
„*um contumeliam aut palam pergat*
„*aut subdole: quodsi fecerit, duas*
„*auri libras publicis rationibus prae-*
„*stabit.*"

„Luce ergo clarius per locum a
„majori liquet, et Causam et locum
„maleficii defuisse, nec ipsam rerum
„aut hominum naturam consentire
„maleficio potuisse. Illud ergo de-
„monstratum est, quod non aliud
„aut pietas postulare aut ratio potuit.
„exigere; quod caute dissimulatum,
„officiose detectum, non negligenter
„accurratum: sed et imprudentiae
„casum non obesse debere allegatum
„est: immo suo Adversarius ense con-
„fossus expiravit.

Digitized by Google

„Nec Paterna nos infamat cor-
„reptio, et omnes omnino partis ad-
„versae palese in auras exsuflatae, ac
„triplex ille funiculus non ebete ra-
„tionum concisus novacula, in stup-
„pae favillam evanuit.

„Si ergo pietas pro nobis, ratio
„et jura confligunt? si Adversarios ob
„contumeliae probra, et infamiae
„Lex arguit? et ad mulctae poenam
„exigit? non video quod ingenium,
„quis Protheus, vel nostrae calculum
„absolutionis transfiguret? vel no-
„dum supplicii amputet Illis aut dis-
„solvat? Commisereri tamen conve-
„nit, quia nihil aliud tam peculiare
„est Jmperialis Majestatis, quam Hu-
„manitas, per quam Sola Dei ser-
„vatur imitatio! igitur

„Sit piger ad paenam Princeps ad praemia velox
„Quo plus justitiae quam pietatis habens.„

Quid ergo mi Joannes! absolven-
dum censes? an non? nam ut ego
conjicio

Quidlibet incerti, certum fit in ore diserti

J. Nescis

Digitized by Google

J. *Nescis quod mors et vita in manibus linguae: nec enim ignoras aut geminum Hermetis colubrum, aut somniferum Mercurii Caducaeum: nam qui ambigua causarum facta dirimunt et aspera erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam si preliis ac vulneribus Patriamque Parentesque salvarint Unde Jmperator „ Restituen-„dae inquit sunt Clarissimae eloquen-„tiae luminibus LX auri librae: nam „omnibns redditur, quod pro voto o-„mnium privatibus indulgetur.„*

Quis autem ego? aut quando in bicipiti saltem somniavi Parnasso, ullam juris scintillulam? ut judicialem a me calculum exigere debeas? cum ipsis Judicibus magis quam partibus terribile sit judicium! si litigatores quidem sub hominibus: Ipsi autem Deo inspectore adhibito causas proferant trutinandas, sciturì quod non magis alios judicant quam Ipsi iudicantur.

Facile tamen ex utrinque allegatis definitiva elicitur sententia, si

Digitized by Google

ex utroque latere nihil ex contingentibus fuit omissum. Constat quidem neminem condempnari posse suspicionis arbitrio, nisi valida sit nec elidi possit; constat casum improvisum prestari non debere, nam „ Tutori- „ bus seu Curatoribus casus fortui- „ tos adversus quos caveri non po- „ tuit imputari non oportet„ nec „esse „ infamem ob carcerem et vincula, „ seu ob Patris molestiam.

Ea enim quae Pater testamento filios increpans scripsit, infames quidem filios non faciunt, sed apud Bonos et Graves opinionem ejus qui Patri displicuit, onerant. Lex tamen quaedam de re militari hanc litem decidit. „Miles, inquit eadem, sine li- „centia Magistratus et si bene ges- „ sit puniendus est „ presertim cum Jste dolum et culpam prestare non possit quia a Procuratore dolum et omnem culpam prestari debere juris declarat authoritas.

Minime ergo quis miretur si torrens Zbignei succumbit facundia cui Judicii tristitia cum penae intimatione occurrit: quia medicus non sem-

per

Digitized by Google

per sanabit, nec Orator semper persuadebit. Sed si nihil ex contingenti cut omiserit, sufficiens dicetur habere propositum. Haec autem dixerim sine melioris prejudicio Sententiae.

M. Sane hoc ipsum censuere Magistratui placuisse, ipsa rei evidentia et judicati executio demonstrat, nam Civium Jlle atrocissimus Civis, Reipublicae inutilis Cretesiana pleclitur sententia, perpetuo proscribitur exilio.

Non enim haeres esse debuit filius Ancillae cum filio Liberae: quia sic fllii quoque Galaath quos ex legitima susceperat, dixerunt ad Jephte „Haeres in domo Patris nostri non eris, „quia ex adultera natus es„ et eieecerant Eum licet meritorum excellentia polleret. J. Minus

---

Sane hoc ipsum censuere Magistratui placuisse ipsa rei evidentia indicat et executio demonstrat: nam Civium Jlle atrocissimus hostis; Reipublicae inutilis! perpetuo proscribitur exilio. Non enim haeres esse debuit filius ancillae.

Sic ergo Sbigneo non tam natalis suspicio, quam flagitiorum obfuere piacula. Nec enim foveri debet in plantario Cardus, nec aspis in gremio. Igitur

Digitized by Google

J. *Minus legitima propagatio Huic minime obesse potuit, si alias ad melioris vitae frugem, accomodatiore opera studuisset, ut idem Jephte ob insignioris gratiae studia judex esse meruit in Israel.*

Jero quoque ex ancilla natus, quasi dehonestamentum Generis a Patre exponitur, sed humanae opis egentem, apes congesto circa jacentem melle multis diebus aluerunt, cui Aruspices Regnum portendi canebant: ideoque Pater parvulum recolligit, et spe Regni instituit. Huic adolescenti primo tirocinio Aquilla in hasta consedit; quorum altero Regia Celsitudo, reliquo generis humilitas figurata est.

Zbigneo ergo non tam natalium suspicio, quam flagitiorum obfuere piacula: nec enim foveri debet in plantario carduus, nedum aspis in gremio.

Quia vero nemo nisi sapiens sibi displicere potest (cum etiam simiae sua non informis videatur difformitas) vereor ne plus justo nobismet pla-

Digitized by Google

placere studeamus! timeo ne nimis invicem assentemur, ne dum inepte nobis arridemus, ineptior in nos displicendi subsannet occasio: etenim adulatione fatuitas, contradictione fovetur prudentia. Amica tamen et discreta sit increpatio, quae nunc errata pie corrigat, nunc increpando ignoscat. Non preceps oblatret et impudica mordacitas, quae nodum querit in Scirpo, et fissuram in integro: quin potius tam suae quam nostrae humanitatis meminerint, nihil in humana esse circumspectione perfectum.

Unde quotiens Zeuxis prestantissimam hominis voluit exprimere naturam, tot semicirculis inclusit quot defectibus laborare illam intellexit: qui semicirculorum causam interrogatus? respondit „quia in homine, „ ipsa imperfectione, nihil est per- „ fectius.„

Callistenes quoque querenti discipulo, quanto tempore perfectionem disciplinae assequi posset? dat illi in dextra mirtheum virgultum et in sinistra laminam vitream, quae semper

ipse

Digitized by Google

ipse in quendem tipum gestare consueverat, et ait „ cum haec lamina „ scopulis allisa concrustari non po- „ terit, cum hoc hoc Mirtheum sua „ proceritate Aplanon attigerit, tum „ demum perfectionem spera; inte- „ rim perfectus eris, si te hic perfe- „ ctum esse non posse cognoveris.„

sus in Bohemiam regrediens Boleslaus, cruentum Fratricidam expulsat, et minorem ejus Fratrem Principatu insignivit: quod Illi apud Lemmanos plurimum conflavit invidiae, quod Imperatoriam sibi vendicaret quasi Majestatem, cum in Regnis contiguis, arbitrio proprio quos mallet potenter deijceret, quos mallet excellenter sublimaret: et jam pene cuncta finitimorum Regna Suo conjecerat Imperio, jam etjam tranfinitimos vel Gratiae serenitate, vel quadam stuporis reverentia devinxerat, ut quo vix Boleslai nomen attigisset Numen Ejus coleretur.

Non deerant tamen garrula quorundam suspiria tacitae loquacitatis sin-

---

Rursus Princeps Russiae Laodorius fortunae Boleslai impatientissimus suos Ruthenos convenit, singulos solicitat, omnes suae ingenuitatis meminisse docet. „Quantae sit infamiae tituli genus „servitutis Tantorum! „ ex occupationibus itaque Boleslai circa alias Regiones tempus desertionis paulatim aucupant, omnes in Illum conspirant, omnes unanimiter ab eo recedunt. Quem quidam alti sanguinis miles, Vir utique magnanimitatis generosae, tam strenuus manu, quam

singultus, plerisque jugum subjectionis detractantibus: quorum precipuus, ut erat fortunae impatientissimus alienae, Russiae Princeps Vladarides. querit singulos, solicitat universos, omnes jubet suae ingenuitatis meminisse. „Docet quam sit infame tituli „ genus servitutis cauterium: addicit „ minus miserum esse nasci Servum „ quam fieri: cum sit illud inclementia naturae, istud naufragium ignaviae; cui perfacile quis innatat, „ sed non sine defficultate emergit: „ multoque honestius esse mortis „ compendium, quam confragosae „ vita dispendia. Eligant ergo restem „ deberc rumpi an jugulum!„

Ex

---

quam pectore industrius Petrus Wfostides, Russiam caute ingrediens, subito inter epulas occupat, crinibus a mensa abstrahit„ humi prosternit, prostratum vincit, vinctum aquilla-gallina asportat non sine multa pullorum cede. Principali tamen decusatum ornatu perinsigne munus Beleslao presentat. Sic igitur seditionis caput amputat! sic suae Salutis dispendio, Patriae salutem mercatur! sic omne Boleslaï Regnum tranquillitati conciliat!

Hujus

Digitized by Google

Ex occupationibus itaque Bolelai tempus defectionis paulatim occupantur: omnes unanimiter ab Illo desistunt, omnes in Illum conspirant, omnes quasi commune incendium, Boleslai gloriam extinctum iri Sacramento astringunt. Sed flabris concitatis flamma immensior didicit non sopiri: tam invicti siquidem Columna roboris, licet impacta undique fragoribus, ne concuti quidem potuit nedum convelli.

Senatum tamen consulit: viribus ne huic malo potius occurrendum? an alia ingenii quadam industria? et a quo prius ordiendum? Cunctisque quo opus facto videretur tacite percunctantibus, Quidam alti sanguinis Princeps, et Principi dignitate proximus, Vir magnanimitatis generosae, tam strenuus manu quam pectore industrius, Ille famae celeberrimae Petrus Wlostides! haesitationis nodum non rumpit, non scindit. sed salubriter dissolvit „ non insipienter inquit a Sapien- „ te dictum est *Sapientiam clamita-* „ *re in plateis*: Facillimum enim est „ homini viam nosse prudentiae, si

sese

„ sese ipsum homo ante cognoverit:
„ En siquidem in homine duo sunt!
„ anima et Corpus: Ad quid anima?
„ industriae Saniori: ad quid Cor-
„ pus? virtutum vehiculo: tolle alter-
„ utrum! hominum interimis. Quem-
„ libet ergo vel solo virium conatu,
„ vel ingeniosa duntaxat sine viribus
„ nitentem versutia, non modo man-
„ cum sed omnino nullum existimo:
„ non enim Ala sine altera sufficit in
„ volatu, non rota sine reliqua uti-
„ lis est in biga, nec vero stante sti-
„ pite in ramusculis decet occupari:
„ quod quantum facile tanto minus
„ conducibile: immo ad radicem po-
„ nenda est securis: ab Ipso seditio-
„ nis Capite initiandum: siccato enim
„ fonte, rivuli facilius evanescunt.
„ Ipsum ergo! ipsum Wladaridam ante
„ omnes appentendum! et licet inac-
„ cessibilis nostri videatur consilii
„ difficultas; Leonum rictu constre-
„ pente in januis (multi enim nostro-
„ rum erant jam Illius corrupti do-
„ nariis) sperandus tamen salutaris
„ exitus etiam in difficillimis: non
„ solum enim semitam. Non solum

viam

Digitized by Google

„ viam virtus invenit in invio, sed
„ et Regia strata ubique animositati
„ substernitur. Malo ergo successum
„ nobis desse quam experimenta vir-
„ tutis: etenim virtute vel etiam ul-
„ tro in mortem proficisci precla-
„ rum!

Proinde pauca Suorum, delectorum tamen, assumpta manu, Russiam ingreditur, titulum transfugi simulat, Principis truculentiam se ferre non posse ait, injuriis actum queritur, „dulciores asserit viro forti exilii an-„gustias quam domesticas delitias.

Aggratulatur Vladarius Tanti sibi Viri accessisse Vires! gratulantur et Sui, quasi Divinitus misso Tanti Commilitionis sodalitio „ actum dicunt de „ Boleslao actum de Lechitis.„

Et quoniam *gloria Principum est celare Verbum* nulli Suorum Petrus verbum detegit ante rem: quibus exilii causas percrebro querentibus „ non „ est inquit partus vitalis, nec utile „ Consilium, si ante diem prodeat in „ lucem

Non bene non tute teneris avis evolat alis
Icareum per me cur iteretur iter.

Simul

Digitized by Google

simul itaque et propositum aperit, et ingreditur institutum: extemplo inter epulas occupat Laodarium crinibusque abstrahit, humi prosternit, prostratum vincit, vinctum (aquila gallinam) absportat, non sine multa pullorum caede, umbras urticeti pro maternis alis pluribus amplexis. Principali tamen decusatum ornatu perinsigne praestimonii Munus Boleslao presentat. Sic seditionis caput amputat! sic suae salutis dispendio Patriae salutem mercatur! Sic omne Boleslai Regnum tranquillitati conciliat. Cui Boleslaus in Senatus facie festivo regratiandi assurgit amplexu, offert ingerit: omnia omnino recusanti et prestantiorum potissima: tum quia Magnanimitas quantumlibet magnis capi dedignatur, tum ne commercium quesisse videretur, non virtutem.

J. *Noverat ut video Vir prudens in dandis accipiendisque muneribus, et si desit commercium, umbram tamen commercii non deesse: Virtus autem venalitate censeri non potest,*

Digitized by Google

et si potest non haberet emptorem, quia ut scientiae sic virtutis nulla est estimatio. Ideo promptum non est hujus virtuti similem assignare: legisse me tamen memini, cum Babilonii a Dario descissent, nec esset spes recuperandi, Zopirus se vulneribus afficit, nasum aures labia procidit, Dario soli consilium pandit, transfugae titulo Babiloniam adit, de Darii crudelitate fingit querelas, jubet Jllos ex domesticis exemplum capere, quod sit hostibus cavendum.

Nota ejus nobilitas et virtus! Dux constituitur, multa in paucis prelia secunda facit, Persis ultro cedentibus: tandem et universum sibi creditum exercitum, et Urbem Dario tradit.

Sed hoc simile permultum dissimile: nam in Zopiro simulatio fallaciae, in Petro simulatio fuit cautelae: at illa prohibetur, ista permittitur: illa enim de dolo malo nata, ista de bono dolo profecta, quam crebro audis admitti: cum enim Justus bellum susceperit, utrum aperte pugnet an ex insidiis, nihil ad justitiam interest.

Digitized by Google

In Petro ergo Adeps et nucleus, in Zopiro cortex fuit et palea virtutis.

M. Utinam Bolesłao Zopiri nota fuisset astucia! et nota quidem fuit sed sero: satius tamen sero discitur Prudentia quam nunquam.

Nam hujus Vladarii filius in Se parcus in Patrem prodigus, omnes privatae supellectilis et Fisci thesauros in Ejus redemptionem appendit: preponderare docens Religionem pietati, pietatem divitiis! et Paterno peramplissime saucius vulnere, cum aperta non possit remediari ultione in

---

Hujus denique Laodari filius, in Se parcus in Patrem prodigus, omnes privatae supellectilis et fisci thesauros in Patris redemptionem appendit, preponderare credens honestatem divitiis. Qui Paterno vulnere peramplisime saucius, cum aperta non potest remediari ultione in hoste dispari, in remedia doloris dolum commiscetur. Quendam siquidem Pannoniorum *idest Ungarorum*, tam sanguine quam dignitate insignem, muneribus allicit auro persuadet, ut quovis dolo Principem Polonorum fallat, Bolesłaum decipiat. Hic igitur sui transfugii fictionem dolose

Digitized by Google

in hoste dispari, doloris in remedia dolum commiscit. Quendam siquidem Pannoniorum tam Sanguine quam Dignitate insignem, promissis attemptat, muneribus allicit, auro persuadet, non absimilis transfugii fictione subornat. Hic non tam veras quam verisimiles sui causas exulatus non incallide componit: hanc autem inter precipuas, quod semper hujus Reipublicae amantissimus et Coadjutor extiterit, quod suae machinamenta Gentis vel extenuare studuit, vel declinare docuit: adijcit aemulos calumniandi studio contra se intendisse, et fictis ac hostilibus instrumentis, super crimine Majestatis, in se capitis latam sententiam: malle se malum declinare im-

---

dolose excogitat, suique causas exulatus callide componit; harum ait precipuas „quod hujus „ Reipublicae amantissimus adjutor extiterit, „ quod suae gentis machinamenta vel extenuare „ studuerit vel declinare docuerit: adijcit emu„ los calumniandi studio contra se intendisse ac in „ se Capitis latam sententiam: malle se Malum de„ clinare immeritum, quam innoxium caput in„ debitae noxae submittere; Astruit Pannoniam „ Polonorum ditioni submittere.„

Igitur

Digitized by Google

immeritum, quam innoxium caput indebitae noxae submittere: astruit Pannoniam Polonorum se se ditioni subacturam.

Igitur non ut transfugam sed quasi Civem Patriae genuinum excipit Boleslaus, gloriosa Visliciensium Urbe, Urbis Prefectum constituit,

Non siccis oculis, corde amarissimo, vix paucilla nec dum singula, vix esingultire queo (me miserum) pecuale, Tigridi cruentissimo! lupo caularum presidium committitur!

Prin-

Igitur non ut transfugam, sed quasi Civem Patriae ipsum recipit Boleslaus, gloriosa Visliciensium Urbe, Urbis-praefectum constituit. Principis postmodum nactus absentiam, Laoderidem clam accitit *idest vocat* accelerare jubet, ne mora in se trahat periculum. Itaque hostes praeforibus imminere preconatur, Principali edicto jmperat „ qui extra Urbem delituerit, reum „ esse Majestatis: omni supellectili fiseo acces- „ sura. Tuendam esse omnibus et Urbis et Po- „ puli salutem „ Proinde inclusas muris legiones cruentis luporum rictibus infundit, teterrimis devovet predonum votis: in quorum cruore quam inhumane debacchata sit impia Barbaries piget meminisse! Extemplo Laodarides tot animarum tanto sanguine plus irritata quam satiata rabie re-

ver-

Digitized by Google

Principis enim nactus absentiam Laodaridem clam accit, accelerare jubet ne mora trahat in se periculum. Hostes itaque preforibus imminere preconatur, Principali edicto imperat: „qui extra Urbem delituerit, „ reum esse Majestatis, omni supelle„ ctili fisco accessura; tuendam esse „ omnibus et Urbis et Populi salu„ tem„ proinde inclusas muris legiones cruentis leonum rictibus infudit, teterrimis praedonum votis devovet: in quorum cruorem quam inhumane debriata sit impia barbaries! piget meminisse.

Extemplo Laodarides tot animarum, tanto sanguine plus irritata quam satiata rabie, revertitur. Illum autem proditionis Patrem! perditionis filium! alumnum perfidiae! primo quidem excellentissimis munerum veneratur

---

vértitur: Illum autem proditionis Patrem! perditionis filium! perfidiae alumnum! privat lumine, lingua orbat, genitalibus enervat „ absit „ inquiens. Ut de radice Colubri, ut de pro„ digio perfidiae, pestilentius prodigium pro„ pagetur!„

Quo

Digitized by Google

premiis, quadam gratiarum pompanera inebriat, vernantissimis collascivitamplexibus, ac Precelsae dignitatis apice sublimatur; caeterum proditore nihil in sinistrum suspicante, ut improvisum jaculum gravius feriat, ut celsior gradus celsius precipitet, eodem pene momenti puncto et extollit et deijcit, ac dejectum orbat lumine, lingua capulat, genitalibus enervat „ absit in- „ quiens ne de radice colubri, ne de „ prodigio perfidiae, paestilentius pro- „ digium propagetur! „

J. *Sponsor fidelis! Repremiator circumspectus! qui et amico morem gessit, et fidem redemit pollicitis, nec proditoriae messis frugem neglexit: nec enim decet Proditores titulo proditionali esse conspicuos, quos tristissimum est ac periniquum praemio perfidiae prosperari. Unde Alexander eos qui Darium in Ejus gratiam occiderant, extremis jussit interire suppliciis. A Cognatis enim suis prius aureis vincitur compedibus, qui ut Alexandro placeant, Darium vita*

Digitized by Google

privant, quibus Darius et Regna dederat et vitam.

Sed et Antigonus ejusdem Alexandri Argiraspidis, perfidiae munus e vestigio rependit, qui cum sui Ducis Eumenis contemnunt Jmperia, ab Antigono superantur: non solum gloriam tot bellorum cum Conjugibus et liberis, sed et praemia longe partae militiae perdiderunt, quae ut saltem perfidia repararent, Ducem vinctum Antigono exponunt, pacta omnium suorum restitutione. Hic protensa cum Cathenis manu „ Cernitis, inquit, „ milites ornamenta Ducis Vestri, „ quae mihi non hostium quisquis „ imposuit! Vos me ex victore victum, ex Jmperatore fecisti captivum! Dii perjuriorum vindices dent „ vobis tales Duces, quales Vos vestris Ducibus dedistis! devorent vos „ arma vestra, quibus plures Vestros „ quam hostium Duces absumpsitis, „sed miseros non decent convitia „ Vinctusque cepit ante Antigonis castra procedere, quem Antigonus illesum custodibus assignavit: transactioni suam fidem non amputat, omnibus

Digitized by Google

quidem omnia restituit: sed cum restitutis Illos orbis domitores Suis sub hasta distribuit, perfidiae cauterio frontibus impresso.

Cujus qui apud Prudentes fuit exitus ex his vides: quamvis Hic lucifuga inter Volucrum reges sub luce volitat plausu discolore, quem nonnulli hodie non modo non reprimunt, sed virtute profligata premiis invitant.

Quia vero manibus occisorum visus est parentasse, quia de Atrocissimo Polonorum proditore sumpsit supplicium, potuit Laodarides iram Boleslai aliquatenus demulsisse: omnis enim animositas, licet inexorabilis ad multam vindictam tamen mansuescit.

M. Immo ut erat injuriarum indignatissimus, indilatas Laodiridae paenas intorsit: qui non arte non dolo, sed justo fulminis impetu, Apro frendentius ad Ipsum usque hostem Russiam penetrat. Verum Ille male sibi conscius, quadam repente metamorphosi in capram se se transfigurat, lustra nemorum insilit, inter saltus

Digitized by Google

et lucos ferarum delitescit: quo non reperto Boleslaidae truculentius cruentantur, amarius inter desertos greges deseviunt, quam Leones quam Tigrides partu orbatae. Non enim Jpsis gregis Ducibus, non fetis indulgent nec fetui, adeo totius in gregis non tam cruore quam in strage gloriantur: non Urbibus, non Burgis, non Municipiis non Pagis parcitur: nec aetas ulli patrocinatur, aut sexus infirmior: nullum Dignitatis sublimitas, nullum sanguis generosior a Calice sanguinis redimit: obnixe supplicat superba auri rutilantia! frustra preces accumulat toga pretexta *cyclos* purpura seu stragula! antecellit Calcephasius Car-

---

Quo facto Boleslaus, ut erat injuriarum indignatissimus, animositate inexorabili, indilatas Laodaridae poenas intorsit: qui non arte non dolo, sed justo fulminis impetu, apro frendentius, ad ipsum usque hostem Russiam penetrat. Verum Jlle male sibi conscius, repente velut Caprea, lustra nemorum insilit, inter saltus et lucos ferarum delitescit. Quo non reperto, Boleslaidae, truculentius quam Leones aut Tigrides partu orbatae, in desertos greges deseviunt; non enim ipsis gregum ducibus, non fetis indulgent

Digitized by Google

bunculum, Carbunculus Topasium, Topasius lachrymis inundans „ quid „ Tu inquit miser Onichine? quid „ Tu miser Amethyste gemis inter „ gemmas, vides qualibus, quantis „ non parcitur: qui mihi non parcit, „ Tibi vel tibi quomodo parcet? „ adeo vindex gladius haec ore patulo absorbet, illa voragine flammarum infavillat! nam torrenti dum in cursu est frustra plumas obijcis, et furenti gladio frustra supplicatur. Sic ultione Centuplicata Laodarides et fidelis Illi Pannonius doli ac perfidiae non immeritas Boleslao penas pendere.

J. *Caveat ergo Vir prudens omni credere spiritui! nam utrumque vitium est, et omni credere et nulli: sed alterum*

---

nec fetui, (adeo totius in gregis non tam cruore quam strage iugulantur) non Urbibus, non burgis, non municipiis, non pagis, parcitur, nec aetas ulli patrocinatur nec sexus infirmior: nullum sanguis generosior, a calice sanguinis redimit. Sic ultione centuplata Laodarides, et ille Pannonius non immerito Boleslao poenas exsolvere. *versus.*

Qui sibi non parcit, mihi vel Tibi quomodo parcet?

Omnium

tutius, reliquum honestius. Etenim credulitas incircumspectionem, incircumspectio negligentiam, negligentia parit ignaviam: ignavia proximo gradu consanguinea fatuitatis est, quae Soror est faeditatum, mater discriminum. Unde quibusdam Prudentum docentibus „ nihil sciri praeter hoc „ ipsum nihil sciri„ adjecit Theo- „ phrastus„ nihil debere credi praeter „ hoc ipsum nihil debere credi„ quod circumspectius corrigens Eudemius: „ non nihil inquit, sed nulli debere „ credi„ Si quis preter hoc ipsum dicat: pene nulli debere credi: est [tamen ubi nec semper nihil, nec semper nulli.

M. Omnium Invictissimus fuit Boleslaus! Quem tamen arma vincere non potuerant, sola vicit Credulitas. Quendam enim stirpis Regiae a Rege Pannoniorum adactum exilio, solito Boleslaus excipit et exhibet affectu, ac non modo Patriae sed et Regno restituere paratur. Quo intellecto Pannonii dolo credulum circumscribunt. Rege siquidem dolum subornante, Primatum primetx parte Senatus

Digitized by Google

ac Universi Magistratus, Legatorum vices gerunt. Primo asserunt „ omne Re- „ gnum devotis gratiarum obsequiis ad „ scabellum Boleslai provolvi, quod „ Serenissimum Ipsorum lumen, quod „ Unicum Pannoniae remedium, tam „ Sereno amplexu collegerit: Secundo, „ vultu dejecto pronis cervicibus, „ querelas callidissima commentitas „ astucia deplangunt, et inexorabiles „ odii Causas in Regem conferunt. „ Tertio; subsidiari orant, ut Regem „ propulsent, Exulem restituant: „ nec multo laborandum subsidio, „ suas Illi copias instituto pene sup-

---

Omnium invictissimus fuit Boleslaus! quem cum arma vincere non poterant, sola semel vicit Credulitas. Quendam enim stirpis Regiae, a Rege Pannoniorum adactum exilio, solito Boleslaus excepit: quem non solum Patriae sed et Regno restituere parat. Quo intellecto Pannonii dolo credulum circumscribunt. Rege siquidem dolo subornato, Primatum primi ex parte Senatus, et universi Magistratus Legatorum vices gerunt „ Primo asserunt omne Re- „ gnum devotis gratiarum obsequiis ad scabel- „ lum Boleslai provolvi, quod Serenissimum „ ipsorum lumen, quod unicum Pannoniorum „ remedium tam sereno amplexu collegit. Se- „ cundo, vultu dejecto pronis cervicibus querelas calli-

Digitized by Google

„ petere: utramque tamen Majestatem
„ et Boleslai et Exulis flagrantissime
„ suspirant, ut haec examen colligat,
„ abarceat Illa vespadium.

His ergo Princeps persuasus, cum paucioribus proposito Pannoniam ingreditur: occurrunt Illis Pannoniorum Catervae, multa successive accrescunt millia: omnes Exulem, Regis nomine consalutant, omnes paulatim trans postremas acies relabuntur. Rem tacite Boleslaus conjectat: Wszeborium accersit (qui Princeps erat Mi-

---

„ callidissima commentatas astucia deplangunt.
„ Tertio, subsidiari orant, ut Regem propulset;
„ Exulem in Regem restituat: nec multo labo-
„ randum subsidio suas illi copias, instituto
„ pene suppetere. Utramque tandem Majestatem
„ Boleslai et Exulis flagrantissime suspirant.„

His ergo Princeps persuasionibus deceptus cum paucis Pannoniam ingreditur. Occurrunt illis Pannonorum Catervae: multa successive succrescunt millia: omnes Exulem Regis nomine consalutant: omnes paulatim in transpostremas acies relabuntur. Rem tacite Boleslaus conjectat, Wszeborium accitat *idest vocat*: qui Princeps erat militiae „ Suspicaris inquit Wszebori „ quod suspicor? „ qui respondit „ Quid suspi-
„ caris? „ Cernis, ait, omnes pene in Caudam

relabi,

Digitized by Google

litiae.) „ Suspicaris inquit, Wszebori „ quod suspicor? „ Qui respondit „ quid „ nam suspicaris? „ „ Cernis, ait, omnes pene in caudam relabi? quorum „ causa hic agitur „ at Jlle „ Cur metum „ aut insidias Jllorum aut utrumque „ dissimulem? „ cui Boleslaus „ quid „ ergo? non est mora libera nobis! turpe Viris non esse Viros: qui prevenit in tempore, prevalet in causa: „ ictu qui prevenit ictum victoriam „ anticipat „ at Jlle „ pernota Nobis „ hujus aleae conditio, damno negli-

---

„ relabi. Quorum causa hoc agitur? quid ergo? „ non est mora libera nobis! turpe viris non „ esse viros!„ At ille:

„ Jam subito subitos non competit esse peritos
„ Difficiles aditus quisque subit subitus.

dum haec invicem altercantur immensas cum Rege turmas eminus conspicantur. Quid plura?

Conveniunt acies et pila minantia pilis

geminus Boleslaidas hostis urget: hic a tergo, ille a sincipite. „ Eja viri, clamat Boleslaus, *versus*.

„ Ut bene pugnetur, bene pugnans efficit hostis.
„ Unus quinque fugavit millia: et duo decem „

et

Digitized by Google

„ gitur jactus anterior.„ Tum vero qui-
„ dam alti Vir consilii:

„ Tam subito subitos non competit esse peritos:
„ Difficiles aditus quisque subit subitus.

„ furentis enim est suum in se telum
„ convertere, sed est opere precipu-
„ um, ne unde lac speraveris tuis un-
„ guibus sanguinem ultro emulgeas,
„ ne dubium amicum, hostem indu-
„ bitatum reddideris.„

Dum haec invicem altercantur, innumeras eminus cum Rege turmas conspicantur „ ajunt Pannonii, Regi „ novo amminicula Suorum accedere, mul-

et exerto mucrone, quem gruem vocant „ didicit „ inquit grus noster vilioris cruoris flumina ampliora „ a ferreis elicere scapulis et siccare„ igitur nullum ingenii robur, nullum roboris ingenium, nulla chalybs defendit galeas, quae instar favillae cuncta ventilat, quorumlibet corpora (dictu incredibile) quotquot uno pertingit vibramine non scindit sed transvolat adeo, ut quosdam illesos putares, donec aut sui pondere, aut aliorum impulsu in diversa scissim dilabuntur. Audires caesorum capita nescio quid horrendum balbutire! videres non paucos loripedes, mancos, semicomos plus angustiae vulnerum intendere quam praelio!

Nec

Digitized by Google

„ multorumque multa veneratione Re-
„ giam debere coli Majestatem „ Quid plura?

Concurrunt acies et pila minantia pilis.

geminus Boleslaides hostis urget, hic a tergo, ille a sincipite „ Eja Viri! clamat Boleslaus

Ut bene pugnetur bene pugnans efficit hostis.
Unus quinque fugavit mille, et duo millia decem.

et exerto mucrone quem Gruem vocant „ didicit, inquit, grus noster am-
„ pliora cruoris flumina e ferreis eli-
„ cere scapulis et siccare! „ igitur non

Nec vero minus acriter instat animosus Ille Wszeborius, qui suos non minus viribus quam verbis animat: „ virilius inquit commilitones! „ virilius! Dies haec in splendoribus inquit orta „ est gloriae, serenior meridie! nescit oc-„ casum! „

Quidam autem Vir Boleslaides non parvus genere, sed animo degener, fugam iniit. Per hunc proh dolor: *Filii Efrem intendentes arcum conversi sunt in die belli.* Cujus ignavia, cujus fuga, non tam victoriam Victorioso ademit Boleslao, quam titulum victoriae nube quadam obduxit, aut ut verius dicam Sole Solem illu-

Digitized by Google

multura Egidas, non callum toracas, non loricas trilix, non calibs defendit galeas, nullum ingenii robur, nullum roboris ingenium! instar favillae cuncta ventilat! quorumlibet, quantumlibet corpora (dictu incredibile) quot quot uno pertingit vibramine, non scindit sed transvolat, adeo, ut quosdam illesos putares, donec aut suo pondere aut aliorum impulsu in diversa scissim dilabuntur: audires caesorum Capita nescio quid horrendum, rotatim circinando balbutire! horreres capitibus truncata multorum

illustravit: nam ad hunc usque diem inestimabilis Boleslai virtus, tametsi *idest quamvis* Crebro audita fuit, non adeo tamen credita Pannonis. Cujus dum asturco labore, ignoro, an vulnere succumbit, pedestri non segnior conflictu dimicat et prosternit: quem nonnulli hostium quasi fulminis impetum studio declinant: tandem non victus sed vincendo fatigatus tot millibus caesis a prelio divertit, quem originarius quidam suo equifero subpeditans „ memento inquiunt mei „ dum in Regnum Tuum reverteris!„

Sileat ergo Pannonia! illam suae fraudis pudeat meminisse! ne victa nomine victoris jactitet; nec ignominioso frustra glorietur Triumpho!

At

cadavera preconcepto impetu concurrere! videres non paucos loripedes mancos semitomos plus vulnerum intendere angustiae quam prelio.

Nec vero minus acriter instat animosus Jlle Wseboriùs, qui suos non minus viribus, non minus manu animat quam verbis „Virilius inquit Com- „ militones virilius! dies haec in splen- „ doribus exorta gloriae, in gloria „ fulget, semper educatae virtutis se- „ renior meridie, nec scit occasum! „ Artamur? virtus utique in arto vi-

res

At Boleslaus non indignis Jllum fugae Principem donariis dignatur, tribus illum donat muneribus: colo, penso et leporis pelliceo. Colum faeminam, pensum versutum, lepus meticulosum significat: quibus intellectis in Oratorio proprio campanae loramento suspensus, miserum permisere spiritum exalat. Et sic in colo patibulum in penso laqueum, in lepore fugam spiritus intelligo. Jllum autem originarium, ob liberalitatis insigne servituti emancipat, emancipatum locupletat, locupletem nobilitat.

Nihil itaque Boleslao vel industriae defuit, vel virtutis, si tantum Credulitatis parcius laxasset habenas. De quo nota hos versus.

Alter

Digitized by Google

„ res colligit, in arto explicatur, in
„ arto experitur. Premimur? Palmae
„ stipes eo surgit procerior, quo sub
„ graviori mole radix gemit depres-
„ sior. Concutimur? sic augetur con-
„ stantia: exploratum enim est colu-
„ mnam concussione stabiliri, et pa-
„ leas a grano secerni. Atterimur?
„ atriminum est haec natura, ut in-
„ tegra minus oxedinis habeant, cre-
„ brius attrita sentiri acriora. Sed
„ cur nam fugitur? fallor Viri, non
„ fugitur sed hostis insectatur. Orsum
„ omnes Orsum! vincimus Collegae
„ non vincimur!

Fugiebat enim quidam non parvus quidem aut honoribus aut genere, sed animo degener: cujus nomen..... verbo Demosthenes opere Thersites: per hunc proh dolor! *filii Effrem intendentes arcum suum, mittentes sagittas conversi sunt in die belli!* cujus ignavia, cujus fuga non tam victoriam Victorioso ademit Boleslao, quam Titulum victoriae nube quadam obduxit, aut, ut verius dicam, Sole Solem illustravit: nam ad hunc usque diem inestimabilis Boleslai virtus, tametsi crebro

au-

Digitized by Google

audita fuisset; non adeo tamen credita Pannonis. Cujus dum Asturco labore (ignoro) an vulnere succumbit, pedestri non segnior conflictu dimicat et prosternit, Quem nonnulli hostium quasi fulminis impetum studio declinant. Tandem non victus sed vincendo fatigatus, tot millibus caesis a praelio divertit: Quem originarius quidam suo equifero subpeditans „Memento „inquit mei Domine cum veneris in „Regnum Tuum!

Sileat ergo Pannonia! suae fraudis Illam pudeat meminisse: nec victa, nomine victricis se jactitet! nec ignominioso frustra glorietur Triumpho! quem tot suorum cruore militum cernit purpurari, tot capitum dispendio mercatur! miserum enim est circumscriptionis solatium, quod pluris emeris, minoris emisse mentiris, aut quod pretio plus appendis, inutile fuisse estimare. Satius existimo circumscribi sepius, quam semel mentiri.

At vero non indignis Illum fugae principem donariis dignatur Boleslaus: nec enim aut inrepremiatam dissimu-

Digitized by Google

mulare virtutem, aut impunitam voluit negligere ignaviam. Tribus Illum donat muneribus: Colo, fuso et leporum pellitia: colus faeminam, pensum versutum, lepus meticulosum significat: quibus ille intellectis, in Oratorio proximo proprio Campanae loramento suspensus, miserum permisere spiritum exhalat: et sic in Colo patibulum, in penso laqueum, in lepore fugam spiritus intelligo.

Illum autem illum Originarium ob liberalitatis insigne, servitute emancipat, emancipatum locupletat, locupletem Equestrium Pretexta nobilitat.

Nihil itaque Boleslao vel industriae defuit, aut virtutis! si modo credulitati parcius laxasset habenas: Cui quoque Prudentum aditus Duae reserant Hostiariae: Innocentia et Confidentia. Quia enim purior Conscientiae radius nihil intro de se suspicit, nihil extra suspicatur, et Animus generosior res etiam impossibiles ad possibilem redigit facultatem: unde nihil timens, omnia presumens, subrepit Credulitas, quia innocens omni credit

verbo

Digitized by Google

verbo scilicet honesto. Non enim de ea loquor credulitatis specie, quam delatio parturit, lactat assentatio (haec siquidem humano capiti cervicem pingit aequinam, et asininas excrescere jubet auriculas) quae pestis licet Regia licet omni compita venustate, si quando ad Hujus fores Principis visitavit, mox procul absistere jussa est, perturpi confusa tripudio.

Ad Summum itaque de Summo Boleslao id accipe:

Alter Alexander alter Cato Tullius alter
Non minor Alcida: sed achillior Hic Vir Achille:

qui dum fatale munus a Se jam exigi sentiret, testamentales mandat conscribi codicillos, in quibus et avitarum vices virtutum et Regni successionem qua-

---

Alter Alexander, alter Cato, Tullius alter.
Non minor Alcida, sed agilior Hic Vir Achille!

qui dum fatale munus a se jam exigi sentiret, testamentales jubet conscribi Codicillos, in quibus et avitarum vices virtutum, et Regni successionem quatuor filiis legat, certos Tetrachiarum limites disterminans, eatenus, ut penes majorem et Cracoviensis Provintiae Principatus, et authoritas resideret Principandi.

Sug.

Digitized by Google

quatuor Filiis legat, certos Tetrarchiarum limites disterminans eatenus, ut penes Majorem natu et Cracoviensis Provinciae Principatus, et authoritas resideret principandi: de Quo si quid humanitus obtigisset, semper aetatis majoritas et Primogeniturae ratio litem successionis decideret. Suggeritur Ei de quinto filio adhuc infantulo cur Illius non meminerit? cur ulla Illum legatorum portione subscripserit? quibus Ille „immo inquit, longius prememi„ ni et legavi„ stupentibus Illis quaenam quinta esse possit inter quartas? Quidam, nescio joculariter an serio subintulit „ non cernitis in quatuor „ Tetrarchiis, quadrigam Tetrarchiae

fa-

Suggeritur Ei de quinto filio adhuc infantulo, cur illius non meminerit? cur nulla Illum legatorum portione subscripsit? Quibus Ille „ imo inquit longius prememini et legavi„ stupentibus illis quaenam quinta esse possit inter quartas? quidam nescio joculatiter an serio subintulit „ non cernitis quatuor tetrarchiis qua„ drigam tetrarchiae fabricatam? sic isti parvulo „ quintae rotae in quadriga legatur succesio „ Cumque de inoficioso Testamento Pater arguitur, ait „ in pupilla oculi video quatuor ex hac la-

cryma

Digitized by Google

„ fabricatam: sic isto parvulo quintae „ in quadriga rotae legatur successio„ cumque de inofficioso Testamento Pater arguitur, ait „ in pupilla oculi video, quatuor ex hac lacrima manare „ flumina, et fluctibus collidi oppositis, quorum quaedam in ipsa sui „ vehementissima inundatione repente „ siccantur. Continuo ex aurea situla „ fons aromatum erumpens eorundem alveis fluminum gemmis prestantibus ad summum inundat. Cesset ergo inofficiosi quaerela! aequum „ enim est partes pupillares Tutoribus debere mandari non pupillis. „ Jam vero jam ingredi jubeor quo

---

„ eryma manare flumina et fluctibus collidi oppositis, quorum quidam in ipsa sui vehementissima inundatione repente siccantur: continuo „ ex aurea situla fons aromatum erumpens eorundem alveos fluminum gemmis praestantibus ad summum inundat. Cesset ergo inofficiosi querela testamenti! equum est enim partes pupillares tutoribus debere mandari non „ pupillis. Jam vero jam ingredi jubeor!' quo „ nemo sine Saluberrimo accingitur viatico.

Salutari ergo sumpto antidoto felicem functus est diem Princeps felicissimus!

Succedit

„ nemo sine Saluberrimo accingitur „ viatico „ Salutari ergo sumpto antidoto, felicem functus est diem Princeps felicissimus, Pater felicior! De quo incertum est pacis serenitate prosperior? an belli fuit gloriosior Triumphis?

Succedit autem Patri Vladislaus tam Primogenituraе privilegio insignis, quam Regni successione Sublimis; sed ambitiosus altero, reliquo fastuosus: qui eo tristius imperavit, quo jucundius uxoris indulsit amplexibus: non enim facile de uxore tri-

---

Succedit autem Patri Vladislaus tam privilegio Primogenituraе quam Regni successione sublimis. Hic itaque Princeps in se humanissimus, uxoris atrocitate ab humanitate destitit: quae eo tristius imperavit, quo ardentius uxoris indulsit amplexibus (non enim facile de Uxore triumphatur, Quae semel triumphasse permittitur; nec etiam vicisse contenta est vitrix animositas, nisi quoque invictissimorum colla suis subpeditet Jmperiis) „ vocat ergo virum semi„ Principem; imo semivirum qui quarta unius „ jugeris contentus portiuncula! „

Prom-

Digitized by Google

triumphatur, quae semel triumphasse permittitur: nec enim vicisse contenta est Victricis animositas, nisi quoque invictissimorum colla suis suppeditet imperiis:

„ Vocat ergo Virum semi Princi-
„ pem, immo Semivirum, quia quar-
„ ta unius jugeris contentus portiun-
„ cula, tot plusquam Princeps mulie-
„ briter sustineat„ quia vero sine dificultate perorat qui imperat, promptissime Viri animum inclinat. Itaque Princeps in se humanissimus uxoris atrocitate ab humanitate desci-

---

Promptissime ergo Viri animum faemina inclinat; nam fraterna exutus pietate hostiles animos induit, et fraterculos adhuc impuberes cruentissima rabie insectatur: quorum urbibus occupatis Ipsos exhereditare instituit. Qui prona supplicatione prostrati Numen mulieris inexorabile placare student, et plus lacrymis quam linguae beneficio perorare contendunt.

Sed Leonis millies mansuefacere rabiem, quam feminam semel exoraveris truculentiam! ut quidam Vir doctus in exemplo testatur: Cuidam sapienti natus nuntiatur filius „ gratum in-
„ quit munus ac beneficium naturae! sed caveri jubet

Digitized by Google

sciscit, nam fraterna exutus pietate, hostiles animos induit, et Fraterculos adhuc impuberes cruentissima rabie insectatur: eorum Urbibus occupatis, Ipsos exhereditare instituit: qui prona supplicatione prostrati Numen mulieris inexorabile placare student, et plus lachrymis quam linguae beneficio perorare contendunt: sed Herebi millies mansuesceris inferias, quam faemineam semel exoraveris truculentiam!

J. *Cuidam sapienti natus nuntiatur filius* „*gratum inquit munus* „ *hoc ac beneficium naturae*„ *sed ca-* „ *veri jubeo nunquam lac sugat, nisi* „ *ab uberibus atrocissimae Belluae*„ „ *dicunt Ei querendane est lupa?*„

„ jubet ne unquam lac sugat nisi ab uberibus „ atrocissimae bestiarum„ dicunt ei querenda est lupa? „ ait minime!„ Num quid Leona? „ non„ Tigris? „ absit„ Olophagus? „ nequa- „ quam„ Quid ergo est omnium atrocissimum? „ respondit quod omnium est mansuetisimum„ faeminam significans. Est enim omnis mansuetudo faeminea omni severitate truculentior! omni truculentia severior!

Heu

„ *ait, minime*„ „*numquid Leena?*„ „ *Non*„ *Tigris? absit, Olophagus? ne-* „ *quaquam!*„ „*quod ergo animan-* „ *tium omnium est atrocissimum?*„ „ *respondit*„ *quod omnium est man-* „ *suetissimum*„ *Faeminam signifi-cans: est enim omnis mansuetudo feminea, omni severitate, omni truculentia saeverior!*

M. O infausta belli conditio! Quem Paterna colunt reverentia, hostem sustinent: a quo Patrocinium sperari debuit, praelium infligitur: verumtamen ex ipso vulnere nata est vulneris curatio. Ob importabile namque vulneris ejusdem jugum, ob inexorabiles odii causas Archiepiscopus Jaco-

---

Heu infausta belli conditio! Quem prona colunt reverentia, hostem sustinent: a quo Patrocinium sperari debent, prelium infligitur! verumtamen ex ipso vulnere nata est vulneris curatio. Ob importabile namquae ejus mulieris jugum, ob inexorabiles odii causas, Archipontifex Jacobus cum Procerum praecipuis ad pupillos dellexerunt: Qui sub Principe militiae (cujus non longe prememini) Wszeborio sepius non improspere contra Vladislaum conflixerunt.

Horum

Digitized by Google

Jacobus cum Procerum precipuis ad Pupillos defecerunt (qui cum Principe militiae, cujus non longe prememineram, Wszeborio sepius non inprospere cum Vladislao conflixerant.)

Horum freti confidentia non jam lachrymis indulgent Pupilli, sed armorum studiis animosius insistunt: est enim omnium artium ubique Magistra, et rudium semper eruditiva, Necessitas. Proinde Suorum aliquantisper minus fidens Vladislaus, Exterorum turmas contrahit, quos Jlli manu perpaucula fudere, ut fama sit eorum cruore flumen Piliciae, juxta quod conflictum est, ripas altius inundasse.

Rursus

Horum freti confidentia lacrymis indulgent, et armorum studiis animosius insistunt. Proinde Suorum aliquantisper minus fidens Vladislaus, exterorum turmas contrahit, quas Jlli manu perpaucula fudere: ut fama sit eorum cruore flumen Piliciae (juxta quod conflictum est) rippis altius inundasse.

Rursus ergo numerosiores imo innumeras Barbarorum Legiones, prece quasdam elicit, precio quasdam conciliat, nonnullas potestatis cogit imperatu, omnes in Fraternum grassari

jubet

Digitized by Google

Rursus ergo numerosiores immo innumeras Barbarorum legiones, prece quasdam elicit, quasdam praecio conciliat, nonnullos potestativo cogit imperatu: omnes in Fratrum grassari jubet excidium.

Quid faciat agnus an Vitulus rabidis undique luporum circumseptus excubiis? nam quod fugae consilium? quod Consilii beneficium, quod beneficii tandem remedium? ubi tanti undique stuporis atrocitas: Et quidem omnibus pene dirutis aut presidiatis Jllorum municipiis, jam quasi voti compos circa Posnaniensium Urbem, quae sola restabat eorum praesidio, tam suas quam Tibianeorum congesserat copias, jam obsidionum omne ingenium omne robur explicuerat per girum: tanto securior, quanto milite copiosior.

Deli-

jubet excidium: et jam omnibus dirutis ac presidiatis Jllorum municipiis, jam quasi voti compos, contra Posnaniensem Urbem (quae sola restabat eorum praesidio) tam suas quam Tibianeorum congesserat copias, jam obsidionis omne ingenium omne robur pergirum explicuerat, tanto securior, quanto milite copiosior.

Deli-

Digitized by Google

Delituerant interea Pupilli ex industria cum paucis quidem sed armorum exercitatissimis, Urbi secretius deliberantes subsidium: inter quos Mesco, ut erat et animo promptior et sermone torrentior, „Satius inquit, „Viri, viribus quam verbis rerum „angustiae consulitur! nam a securi „via secura est in pervio, et strata „publica in dumetis: nonne planum „est falcis iter in Carecto: nec stri„ctus erit ensi cursus in districto: „quis imbelle scarabeorum vulgus? „quis salaces locustas horruerit? li„bet quaeso tam fortunae munus, „quam virtutis robur experiri!„

His

Delituerant interea Pupilli ex industria cum paucis quidem sed armorum exercitatissimis, Urbi secretius deliberantes subsidium. Hi paulatim in hostes procedunt, sensim subrepunt, ex cubias hostium procul a Castris occupant, in vincula conijciunt, secreta Castrorum fateri jubent: agnoscunt nil suspicari, et inter epulas lasciva securitate torpere.

Sed et Cives eminentissime scuto erecto videns opportunitatis argumentum suggerebant: *Adhuc ergo erant escae in ore Ipsorum et ira Dei descendit super eos*, epulantibus insiliunt, incautos obruunt, stupidos obtruncant: erumpunt

Valvis

Digitized by Google

His dictis paulatim in Hostes procedunt, sensim subrepunt, excubias hostium procul a Castris occupant, in vincula conijciunt, secreta Castrorum fateri jubent: agnoscunt nil suspicari, inter epulas lasciva scurilitate torpere. Sed et Cives eminentissime Scuto e muris exertò evidens opportunitatis argumentum suggerebant.

Adhuc ergo erant escae in ore Ipsorum, et ira Dei ascendit super Eos! Epulantibus insiliunt, incautos

---

Valvis patulis Urbani, evolant exinde presidiarii, Catervas hostium hinc inde ventilant, tardiusculos premunt.

Hoc in praelio Vladislao srccessit sicut Naufrago institutori, qui vix nudus evasit naufragio. Munitissime tamem presidiatis urbibus, adit Jmperatorem (cujus erat Sorore Uxorius) a quo subsidiari supplicat. Cracoviam interim Boleslaus et Mieszko nan jam pupilli sed Principum strenuissimi vastis obsidionibus vallant, Illamque Tigridem quae Urbis defensabat subsidia *seu presidia*, accedere deditioni compellunt, quae Urbe vix tandem cum oprobrio excussa virum sequi jubetur, cum quo in exilii calamitate contabuit.

Boleslaus

Digitized by Google

obruunt, stupidos obtrunctant. Erumpunt valvis patulis Urbani, evolant Urbe presidiarii, Catervas hostium hinc inde intervolant, tardiusculos premunt, spiculant fugientes, et quasi Leones inter caprarum greges passim debriantur. Caeterum eis qui fuga nisi sunt prosperari, longe miserior occurrit calamitas: nam cui forsitan gladii severitas pepercisset, undarum impetus non pepercit: nec enim pauciores torrens profluens fluctibus involvit, quam fulmen ensis absorbuit, adeo ut pleraque illius reptilia fluminis, cruore cadaverum asserantur suffocata.

Nec absimiliter in hoc praelio Vladislao successit, quam naufrago institori, qui vix nudus emersit naufragio. Munitissime tamen presidiatis Urbibus Imperatoriam adit Serenitatem (Cujus erat Sorore Uxorius) a Quo subsidiari supplicat, et quae emendicare nequit, emercare studet Suffragia.

Cracoviam interim vastis obsidionibus vallant, non jam Pupilli sed Principum strenuissimi, Boleslaus et Mie-

Digitized by Google

szco; Illamque! illam Tigridem, quae Urbis defensabat presidia, deditioni accedere jubent; quae Urbe vix tandem et opibus excussa, Virum sequi compellitur. Qui in exilii calamitatibus contabuit.

J. *Est quoddam volucrum genus, quod nonnulli Uranites alii vero Sepones vocant; earum enim est natura, ut omnium oscinum (etiam suae naturae, nisi tempore conceptus) dedignantur consortia: et quot pullos quaelibet educatura est, tot nidos in diversorum Cedrorum cacuminibus edificant, et in singulis singula ova ponunt, unde Sepona quasi seorsim ova ponens dicitur: quae alias volucres ad cubandum cogit sicut Cucullus currucam. Porro pulli simul nascuntur et evolant, immo stupendae pervicacitatis volatu, montium et arborum superant suprema, et celsis emensis nubibus (quia in humili aspernantur quiescere) sub ipsius Etheris puritate, alto consilio naturae, sopo-*

Digitized by Google

rantur, unde Uranites id est Caelestes dicuntur, Uranos enim Graece, Caelum latine: sepe vento prohibente ad ima descendere non possunt, et sic instar fulicarum in aere fame dispereunt.

Sic Sua Jstum Sepona id est uxor transfiguravit in Seponam: qui dum Cedros occupare studuit, alienas in auras Uranites evanuit, Qui turbine ambitionis obstante ad se redire non potuit, et sic fame id est concupiscentia alienorum interiit.

Sepe siquidem proprii carentia, appetitum gignit alieni: unde lucra sectantes accessoria, non modo sua, sed Se ipsos nonnulli perdidere: illius transmarini vulturis exemplo, qui cum umbram prendere captat in gurgite, aspergine gurgitis madefactus, simul preda excutitur et vita.

Hoc est quod Filiis Jsrael precipitur, quod si quenquam Regem sibi crearent, non aligenigenam sed Contribulem, Qui opum pondera non multiplicaret, qui terminos Terrae propriae non mutaret: non enim procul est Leges transcendat, qui metas

Digitized by Google

Terrarum transmutat. Longe itaque satius est malle defungi proprio, quam insidiari alieno.

M. Hujus religionem sententiae pene superstitiose coluit Frater et Successor Vladislai Boleslaus: nam et si familiare sit Adae filiis lucrum sectari, consultius tamen Jste Sibi censuit, cupiditatum causas amputare quam occasiones ambitus aucupari. Igitur suae Dignitatis primicias erga Fratres plus quam fraterno consecratur affectu, non ea tantum deferens quae ratio successionis postulasset, sed

---

Boleslaus igitur cognomento Crispus, tanquam Secundus natu Vladislao succedit. Hic omnes cupiditatum causas amputans suae dignitatis primitias erga Fratres exercet, non ea tantum deferens quae ratio successionis poscebat, sed impartinentes quoque Provincias Sacra indulsione collargiens, Meszconi videlicet et Henrico: nam Kazmirum utpote adolescentulum quasi filium in Sacris suis aliquantisper exhibuit: non ut illi gratiam participii prorsus invideret, sed ne tenellum vitis palmitem sine paxilli amminiculo vento levitatis exponeret, (quia quod

flam-

Digitized by Google

sed impertinentes quoque Provincias sacra indultione collargiens, Mesconi videlicet et Henrico: nam Kazimirum utpote adolescentulum quasi Filium familias, in Sacris suis aliquantisper exhibuit „ non ut Jlli gratiam partici-
„ pii prorsus invideret, sed ne tenel-
„ lum vitis palmitem, sine paxilli am-
„ miniculo vento levitatis exponeret;
„ Nemo enim ex insipientibus sibi
„ relinquendus est: quia quod est
„ flammae oleum, hoc Adolescenti li-
„ bertas „ unde quidam Byssmas inquit „ infantiae fascias natura texuit, ado-

---

flammae oleum, hoc facit adolescenti libertas) nam ut aureas adolescentiae cathenas prudentia fabricavit.

At vero Vladislaus sui non immemor, cum sufficientem sese ulciscendi non haberet facultatam, Regem Pragitarum utcunque sibi conciliat; cujus Ope Rufi flammas Draconis contra Boleslaum solicitat. „ causam affinitatis pro se, con-
„ gentissimam sanguinis rationem pro Uxore
„ ac liberis apud Jmperatoriae culmen Magesta-
„ tis allegat: praesertim cum in Jpso sit Asilum,
„ Refugium, Portus naufragantium: desolationis
„ solatium: unicum desperationia remedium, to-
„ tius denique Calamitatis subsidium! „

Proinde

„ adolescentiae aureas Cathenas pru-
„ dentia fabricavit.„

At vero Vladislaus Sui non immemor, cum sufficientem sese ulciscendi non haberet facultatem, Regem Pragitarum utcunque sibi conciliat, Cujus ope Ruffi flammas Draconis contra Boleslaum sollicitat, causam affinitatis pro Se, cogentissimam sanguinis rationem pro uxore et liberis, apud Imperatoriae Culmen Majestatis allegat, presertim cum in Ipso sit Asylum refugii, portus naufragantium, desolationis solatium, unicum desperationis remedium, totius denique Calamitatis subsidium!

Proinde non, tam allegationibus persuasus, quam importunis Illius partis ineptiis processus Imperator, Boleslaum crebris Legatorum interpellationibus fatigat „ ut Fratrem non Re-

---

Proinde tantis allegationibus persuasus Imperator, Boleslaum crebris Legatorum interpellationibus fatigat, ut Fratrem non Regno sed Pa-
„ trimonii Consortem restituat„ Qui quanto pertinatius monitis Ejus parere detractat, tanto aerius animositatem in Se Imperatoris exasperat.

Omne

Digitized by Google

„ Regno sed Patrimonii consortio „ restituat „ qui quanto pertinatius monitis parere detractat, tanto acrius animositatem in se Jmperatoris exasperat: quia nec impune contra stimulum calcitratur, nec secure contra torrentis impetum navigatur.

Jgitur omne Jmperii robur in unum Virum conjurat: Manus omnium contra Boleslaum: manus Boleslai contra omnes! bicorne Jlli diadoma proponitur „ aut Regno cedat? aut „ Campestrem belli conflictum non „ declinet?„ sed utrumque Vir industrius de die in diem procrastinans, sine bello confligit, sine prelio triumphat:

Omne igitur Jmperii robur in unum virum conjurat: manus omnium contra Boleslaum: Manus Boleslai contra omnes: bicorne Jlli problema proponitur „ aut Regno cedat? aut Campestrem „ belli conflictum non declinet„ sed utrumque Vir idustrius de die in diem procrastinans sine bello confligit, sine prelio triumphat. Amputat enim et undique intercludit omnia undique pabulantium subsidia, unde in Castris hostium paulatim increbrescente rerum inedia, illud invictissimarum robur legionum, famis peste contabuit.

Non

Digitized by Google

phat: amputat enim ac includit omnium undiqueversum pabulaminum subsidia. Unde in Castris hostium paulatim increbrescente rerum inedia, illud invictissimarum robur Legionum, Illae famosissimorum Falanges! famis peste contabuerunt.

Non parvi denique temporis interjectu. (Exile ultimum functo diem) non insistens Imperator minis sed precibus, non armis instat sed gratia „ut sicut in Fratrem delinquentem districtus extitit, sic in liberis quiis Ejus non impius appareat, ut saltem Ipsius Orphanorum Ipsum misereat; nec enim aequum est Paternae acerbitatem vitae, genginas filiorum obstupescere.„

Quia

Non parvi denique temporis interjectu, Exule ultimum diem functo, non minis insistit Imperator sed precibus, non armis instat sed gratia „ut sicut in Fratrem delinquentem strictus extitit, sic in filiis ejus non crudelis appareat, ut saltem ipsius Orphanorum misereatur„ Boleslaus igitur qui ab Imperatore vinci non potuit, naturae non dedignatur obedire imperio: nam gratuito amplexu fratrinos ab exilio excipit, (quorum nomina sunt haec adolescentioris Bole-

slaus,

Digitized by Google

Quia verae natura pietatis est Jmperatrix, et pietas gratiae collactea, Boleslaus, qui ab Jmperatore vinci non potuit, naturae non dedignatur obedire Jmperio; et gratuito amplexu Fratrinos ab exilio excipit. Quorum nomina: adultioris Boleslaus, junioris Mesco loripes, minimi Conradus: eosque sacra Silentii donat Provincia, tam ob gratiae insigne, quam ob Orbitatis solatium: nam tertium nomine Conradum cuidam Caenobio conjecerat, nescio propria professio, an Paterna devotio?

Quia vero quasdam Jllius Provinciae Urbes ad habundantiorem cautelam donatione exceperat, multorum ea res malorum peperit occasionem et fovit incentivum. Pene siquidem in primo ingressus vestibulo, non donaslaus, minoris Meszko, minimi Conradus loripes) eosque Silencii provincia dotat, tam ob gratiae insigne, quam ad orbitatitis solatium, nam tertium nomine Conradum cuidam conjecerat Monasterio, nescio propria professio an Paterna devotio? duo vero reliqui terra Sileuciana suscepta, multa postmodum fecerunt Boleslao bellorum incommoda.

Prin-

nationis non Beneficii Titulo; sed Haeredibus ut pote legitimis, successione legitima, dictam Sibi accessisse Provinciam asserunt Vladislaidae: immo ad similitudinem *Subliminio reversorum*, jure postliminii restitutionem petunt. Submovetur illorum intentio transactionis exceptione „ Renuntiastis inquit Princeps, hac in parte „ Juri vestro, cum sit Juris explora„ tissimi: *omnibus licere quae per se indulta sunt renuntiare*„ probationem Illi exceptionis non exigunt, sed replicant „ renuntiasse nos fateri, „ sed expoliatos sed coactos, ideo „ que jus restitutionis nobis compe„ tere, quia pendente nolunt pendere, „ sed expoliatorum jure poscunt re„ stitutionem: ne quod Jus patitur in„ vidi agere cogantur.

Urgentioribus interea occupato Principe, ocoupant Illi municipia, arte muniunt, roborant presidiis, quod pius Princeps aequanimiter tulit, asserens „ nihil honoribus nihil „ utilitati Reipublicae hac in re de„ traetum; nam frondium inquit ro-

bur

„ bur est gloria stipitis, et robur sti-
„ tis gloria frondium.„

Sed non desunt artifices, quorum arte lux in fumum degenerat, Sol fúrnescit in tenebras: hi percrebro candentes admovent suggestionum pruinas: „ non vides inquiunt primitiva „ Nepotum auspicia? jam nunc in Te „ patrisare gestiunt: nam quid de ra-„ dice paliuri nisi spermacia? quando „ sine aculeis nascitur hericius? co-„ gnati saporis esse constat lupinum „ cor et lupini cordis brodium„ quibus Jlle non movetur quidem (nec enim suae plantationis surculos eradicare studuisset) sed ut consultius morem gerere videatur, motum simulat, non qualia potest, sed qualia cogitur, Jllis praelia infligit. Quovis autem animo gesta fuerint, non vulgaria credas taxasse Vladislaidas commercia, Qui totiens, tot Principum conatus non solum exsuflavere, sed etiam cum parvo probato militiae glomicello de tot exercitatissimorum millibus per sepenumero triumpharunt: Sic Leonis Catuli Tigridum atrocitatem non-nunquam exanimant.

Digitized by Google

Precipuum vero industriae studium in preliandis Getarum Provinciis Boleslaus impendit, quos non tam Personis quam animalibus constat esse infestos, quorum quibusdam (vix tandem post multorum bellorum discrimina) subactis, hoc edictum jussit promulgari „ut qui Christianae caracte„rem Religionis elegisset absolutis„sima donatus libertate, nullum in „Personis nullum in fortunis pate„retur dispendium; qui autem sa„crilegum gentilitatis ritum deserere „neglexisset, ultimo capitis infor„tunio indilate plecteretur„ Sed ad modicum parens vapor, Illorum Religio fuit, tanto videlicet brevior, quanto

---

Principale quoque industriae studium in populandis Gethorum provinciis *idest Prussorum* Boleslaus impendit, quos non solum personis sed animabus constat esse infestos. Quorum quibusdam vix tandem post multa bellorum discrimina subactis, hoc Edictum jussit promulgari „ut „qui Christianae Religionis caracterem elegisset, „absolutissima donaretur libertate, nullum sibi „in rebus pateretur dispendium; qui durius autem osacrilegum gentilitatis ritum deserere „neglexissent, ultimo, capitis infortunio in-

dilate

Digitized by Google

to coactior: mox etenim fallax illa Ranunculorum lubricitas in Apostasiae resiluit gurgitem, inolitis Idolatriae sordibus obscenius immergitur.

Quod scelus quanto segnius, quanto interpellantius propulsatum est, tanto graviori Poloniam adegit discrimine: „ sufficere siquidem sibi arbitra- „ tur Boleslaus, si quod Principis est „ dependatur Principi, licet quod Dei „ est denegetur Deo „ nec enim ulla exigitur Apostatici ultio piaculi dum-

modo

„ dilate plecterentur„ sed ad modicum parens vapor, illorum fuit Religio: tanto videlicet brevior, quanto coactior: mox etenim in Apostasiae resiliunt gurgitem, inolitis Idolatriae sordibus obscenius immerguntur. Quod scelus quanto segnius quantoque interpolatius propulsatum est, tanto graviori Poloniam adegit discrimine. Sufficere siquidem Sibi arbitratus est Boleslaus, si quod Principis est, dependatur Principi; licet quod Dei est denegetur Deo: Nec enim ulla exigitur ultio Apostatici contagii, dummodo salva sit tributarium reverentia pensionum. Et ob hanc causam; permittente Deo, non solum deinceps tributa non dependunt, sed Contigua quaeque occupant, occupata dirimpunt, direpta instar luporum asportant. Unde secutum est ut Boleslaus, quem Zelus Dei non commovit, durior saltem tribulationis ictus stridentem excitaret.

Itaque

Digitized by Google

modo salva sit tributalium reverentia pensionum. Sed qui Salutis fidem? qui salutare Fidei rescindere Faedus non horruit? coactae servitutis pactum, qua obsecro devotione custodivit? omnis namque servitus in sacco miserabilis est, in purpura miserabilior! non solum tributa non dependunt, sed contingentia quaeque occupant, occupata dirumpunt, dirupta luporum instar absportant. Unde factum est, ut Quem Zelus Dei molliter torpentem non movit, durior saltem tribulationis ictus sterlentem excitaret.

Itaque in globum coacta exercitatissimorum numerositate, Gethicas parat irrumpere Provincias, nulla prorsus arte munitas, sed naturae situ inaccessibiles. Est autem lucus in ipso trans-

---

Itaque in globum congregat exercitatissimorum numerositatem, Gethicas parat irrumpere Provincias, nulla prorsus arte munitas, sed naturae situ inaccessibiles. Est autem locus in ipso transmeatus vestibulo densatis dumorum undique confertus raspalibus, in quo limosi abyssus bituminis sub quadam graminis verpantia delicescit. In hunc omnium electissimorum primae certatim ruunt acies, per angustum semitae limitem, cum

ex

transmeatus vestibulo, densatis utrinque confertus raspalibus in quo limosi abyssus bituminis, sub quadam graminis vernantia delitescit: asserunt exploratores ac Duces exercituum, transeundi lucum, exploratissimum reperisse compendium (erant siquidem et hostium corrupti donativis, et amicorum insidiis subinstructi) hac omnes electissimorum primae certatim ruunt acies per angustum semitae limitem, cum ex insidiis altrinsecus hostes ebulliunt, nec venenatis, ut alias assolent, jaculant spiculis, sed quasi cujusdam torcularis impressos praelo cominus confodiunt, ipsis ultro in cuspides more aprorum (his ulciscendi animo, illis succurrendi studio) ru-

---

ex insidiis altrinsecus hostes ebuliunt, spiculis jaculant, et quasi cujusdam torcularis impressos prelo confodiunt, ipsis ultro Polonis in cuspides, aprorum more, ulciscendi animo ruentibus: nonnullos armorum pressos pondere, dehiscentis abyssi profundum absorbuit, quorum casum miserabilem usque hodie diverso modo Polonia lugubriter a diversis deplangit.

Ex tunc bellici Boleslaum deserere successus, ac non multo post aetate matura decessit.

De fun-

Digitized by Google

ruentibus: majorque numerositas proprii mole impetus occidit, quam occidione corruit: nonnullos armorum pressos pondere dehiscentis Abyssi profundum absorbuit: quidam ramalium nexibus ac veprium, intercepti obtruncantur: omnes repentinae caligo noctis involvit.

Sic arte proditoria ceciderunt arma belliea! sic Bello imbecilli virtus Inclytorum emarcuit! Quorum nomina, Personas, generositatem, strenuitatem, industriam, fortunas, nec superficietenus quidem cursim attingere, neodum disserendo exequi omnis dissertissimorum sufficeret facundia! quos lamentationum varietates a diversis diversimode deploratae, usque hodie lugubriter deplanguntur.

Extunc tam in Se quam in Filiis bellici Boleslaum deseruere successus: Quorum natu major Paterni duntaxat haeres nominis, obitum Patris obitu suo antecesit: junior vero cujus nomen Lesthko, Masoviensem et Cujaviensem Provincias hujus legati testamento he-

Digitized by Google

reditat „Lesthko Filius meus Maso-
„viae simul et Cujaviae unicus in so-
„lidum Haeres esto: Frater meus Ka-
„zimirus Pupillares interea vices,
„non Tutorio procuret officio, sed
„Paterno foveat amplexu: De Lesth-
„kone si quid humanitus contigerit,
„idem frater meus Kazimirus earun-
„dem unicus in solidum Haeres esto„
jam siquidem emancipatus Kazimirus fratris demortui Henrici non absimili testamento Principatui successerat. Discessit autem Boleslaus aetate matura non devexa, et appositus est ad numerum Patrum suorum.

J. *Par erat non absimile nos Tibi debere Covivii apparatu, et aliquo appetitus fomentario, etiam inconditi saporem obsonii, palato persuadere. Sed et Te somnus urget, et nos nostrae dormitionis hora premit, imo tantus in me somnii sopor irruit, ut citra gratiarum actionem linguae officium amputetur. Ideoque quod superest, erratorum venia, ineptiarum indultione a Convivis expetita obdormiscamus in Domino.*

Digitized by Google

EPILOGUS.

Aderat quidam Vernaculus atramentarium gestans cum calamo, ac fumantem demungens faculam: hic universas Convivii pensiones, fidelissime compendio Cautionis annotabat, cujus supputatione solertius dispecta, Preses epulantium ait: „Euge frugi! „ euge vernacule, qui tam cautionandi calles industria, ut nihil de commisso Tuae dispensationi stipendio, „ aut deperire sinas, aut in sinu „ oblivionis relabi permittas: res ad „ praesens postulat et ratio exigit, „ *Rationalitatis* officio Te debere insigniri. Esto deinceps unicus ac singularis hujus Reipublicae Rationalis! quidquid ergo instantis propositi Personis Dignitatibus Officiis „ negotiis estimaveris conducere, Tuo „ munere dispensetur, Tuis cautionibus annotetur.„

Totus diriguit Jlle clientulus tantae rei perpulsus majestate, imparemque sese obtestans, causas undique subterfugii aucupat: Qui vix tandem imperio Magistratus effractus „ Arctor „ inquit, nimis, neo ulla mihi est

Digitized by Google

„ hac in re desperatio displicendi,
„ nam hinc veritas odium parit, inde
„ indignatio minatur supplicium: nam
„ quis horrentes queso tribulos, nudo
„ pede impingere non horruit? Quod-
„ si aliquid aut favore aut metu ex-
„ contingentibus furtim suppressero,
„ fraudati census non effugio caute-
„ rium. Sed longe aliud messoris est
„ munus, aliud officium Agricolae:
„ spinetis occupatur Agricola, nostri
„ sudoris est spicas licet sparsas in
„ unam messem colligere. „

Digitized by Google

RES GESTAE

PRINCIPUM et REGUM POLONIAE

PER

VINCENTIUM (KADŁUBKONEM)

SAECULO XII. et XIII. ENARRATAE;

quibus accedit

CHRONICON POLONORUM

PER DZIERSWAM,

SAECULI XIII. SCRIPTOREM, COMPOSITUM

EDITIO REPETITA

Ad fidem codicum, qui servantur in tabulario Societatis Regiae philomathicae Varsaviensis.

PARS II.

VARSAVIAE

in Typographia Congregationis Scholarum Piarum.

1824.

Digitized by Google

Wolno Drukować

d. 27 1823.

w Z. D. J. Surowiecki.

Digitized by Google

DE PRINCIPATU CASIMIRI JUSTI.

Defuncto itaque Boleslao successit Frater Ejus Mesco, qui sicut erat natu Fratri proximus, sic non interpolata Regni successione continuus. Astupebant Illi contingentes Provintiae, affavebat undique remotissimorum Principum sublimitas, assurgebat omnis Dignitatum gloria, arridebat omnis for- 1172.

CONTINUATIO DZIERSWAE.

Defuncto itaque Boleslao, successit Frater tertius Meszko, qui sicut erat Frater natu primus, sic non interposita idest continua Regni successione continuus. Astupebant IlliContingentes Provinciae: affavebat undique Principum remotissimorum sublimitas: assurgebat omnis dignitatum gloria: arridebat omnis fortunarum elegan-

Digitized by Google

fortunarum elegantia: nunquam Illi aut votorum successus, aut bellorum deficere Triumphi (*nisi tempore Kazimiri vel Filiorum Ejus* (*) in omnibus par Beatissimis: si qua tamen dici potest caducorum beatitudo? Super omnia Beatorum vota transcederat in utroque sexu numerosae Prolis prestantia: et mascula quidem prole omnibus terribilis, Faminea vero cunctis gratiosus

---

gantia: nunquam Illi aut votorum successus aut bellorum defuere triumphi! Super omnia beatorum vota transcenderat in utroque Sexu numerosae prolis prestantia: mascula quidem prole omnibus terribilis, faeminea vero cunctis gratiosus: utrorumque affinitatibus quam plures partes mundi devincerat. Dux enim Bohemiae Boleslaus gener Ejus: Dux Saxoniae Fredericus gener ejus: Dux Lotaringiae nepos Imperatoris gener ejus: Dux Maritimae Boguslaus gener ejus: Dux ejusdem Filius gener ejus: Dux Galiciae socer filii unius, Dux Pomeraniae socer alterius: Dux Rugiae Socer tertii: nam quidam filii ejus inconjugati decesserunt. Sunt autem nomina Filiorum Ejus, Odo, Stephanus, Boleslaus, Meszko Vladislaus, quorum duos videlicet Odonem et Stephanum ex filia Regis Ungarorum; reliquos ex filia Regis Ruthenorum suscepit.

Quid

(*) haec in aliis Codicibus M. S. desunt.

Digitized by Google

sus, utrorumque affinitatibus quam plures mundi partes devinxerat: Dux Boemorum Sobieslaus gener Ejus, Dux Saxoniae Bernardus gener ejus, Dux Lotharingiae Fridericus: (Jmperatoris Nepos) gener ejus, Dux Maritimae Boguslaus gener Ejus, Ducis ejusdem Filius gener ejus, Marchio Dedonides gener ejus, Dux Galliciae ejus Socer Filii, Dux Pomoraniae socer alterius, Dux Rugianae socer tertii; nam quidam filiorum inconjugati decessere. Sunt autem nomina Filiorum Ejus: Odo, Stephanus, Boleslaus, Mesco, Vladislaus: quorum duos, Odonem videlicet ac Stephanum ex Filia Regis Hunga-

---

Quid amplius? nihil prorsus illi visum est humanae felicitatis defuisse, quamvis nemo tam felix sit, quin cum aliqua suae felicitatis parte rixetur. At accessit ad haec, super hoc imo, tantae Celsitudinis apex! Summa Regum exequans vestigia!

Sed summum saepe infortunium, summa parit prosperitas! presertim cum omnis gloria quo sublimior est, eo ad lapsum proclivior! Jste quidem Meszco tot prerogativarum fretus privilegio, cujusdam proh dolor! securitatis insolen-

Digitized by Google

garorum; reliquos ex filia Regis Ruthenorum suscepit. Quid amplius? nihil prorsus Illi visum est humanae felicitatis ad cumulum defuisse! quam vis nemo tam sit felix, qui non cum aliqua suae felicitatis parte rixetur.

Accessit ad haec, immo super haec, tantae Celsitudinis apex, summa Regum exequans Fastigia! sed summum sepe infortunium, summa parit prosperitas, presertim cum omnis gloria, quo sublimior est, hoc ad labsum proclivior! Iste siquidem tot prerogativarum fretus Privilegio, cujusdam proh dolor! securitatis insolentia in quendam incircumspectionis torporem pro-

la-

---

solentia in quendam incircumspectionis torporem dilabitur: (Cum nulla sit in summo tranquilitas, nam ipsa sui serenitate proximum prenuntiat tempestatis naufragium) quandam enim truculentiae feritatem cum filio Salomonis induit, ut dicere presumeret suis Optimatibus „ minimus „ digitus meus grossior est dorso Patris mei: „ Pater meus cecidit Vos virgis, ego scorpionibus vos cedam! „ ob quam causam scissum et ablatum est ab eo Regnum. Nam Gedeone Patre Sanctissimo Presule Cracoviensi Ipsum crebrius hortante „ ut animi ferocitatem erga Regni in„ quilinos deponat, ut terram suam velut Matrem

labitur: cum nulla sit in Summo tranquillitas, quae si ulla est breviuscula est, quae ipsa sui serenitate proximum prenuntiat tempestatis naufragium!

Surrexere siquidem Viri Belial! Viri pestilentes! prosequentes pietatem, subvertentes judicium, nihil aequum judicantes nisi quod impium, nihil pium consulentes nisi quod iniquum. Audi consilium! „ Non est inquiunt Princeps qui meticulosus est: porro quis Eo meticulosior qui etiam timet ne timeatur? si ergo imperare vis timeri Te oporteat non timere! Rursus, devote coli Principes convenit non fastuose contemni. Ubi autem est devotio ibi reverentia, ubi reverentia ibi timor: est enim

„ trem filius non ut privignus amplectatur, „ (priviginali enim hostilitate induitur qui calamitatis maternae non miseretur) hortatur „ insuper Ducem ut canes rabidos *idest officiales* „ truculentissimos compescat: qui sua jussione „ nodis disciplinae dissolutis, atrocitate cruenta, „ morsibus virulentis in gregem penitus confractum incessanter deseviunt, nec aliud sitire „ videntur, quam ut lacerato gregis jugulo cruore debriantur.„

Sed

Digitized by Google

„ enim reverentia cum pavore mix-
„ ta, dilectio: ergo timore sublato nul-
„ lus devotioni nullus reverentiae lo-
„ cus relinquitur: quapropter ne Po-
„ pulus insolescat instanter causae in-
„ solentie amputandae: ideoque in-
„ fortuniis eos mulctari oportet non
„ rerum luxu dissolvi: est namque
„ noverca reverentiae, mater contem-
„ ptus, Rerum lascivia!„

O prudens Prudentum consultatio! nec enim absimili persuasus consilio Salomonis Filius Israelitarum consultationi respondit „Minimus di-
„ gitus meus grossior est dorso Pa-
„ tris mei: Pater meus cecidit Vos
„ virgis, Ego caedam vos scorpioni-
„ bus!„ quo terrore scissae sunt a Tribu Juda et Beniamin decem tribus, et creaverunt sibi Regem servum Ejus Jeroboam-

Cognitis ergo consiliis consequens est ut cognoscas eorundem iudicia? „ Ursum in nemore occidisti? o quam
„ piaculare flagitium perpetrasti! sa-
„ cram enim indaginis immunitatem
„ perfregisti, ac Principis deductum
„ temerarie vendicasti! non irrationa-

bi-

Digitized by Google

„ biliter tamen allegas ab eadem fera
„ mellifices tuos demembratos, quos-
„ dam penitus extinctos, absorpta
„ mellificia, greges armentorum in-
„ teremptos? Sed ponantur omnem
„ omnino, eadem spirante bestia, ho-
„ minum securitatem expirasse; sunt
„ quidem haec ultione digna, sed non
„ sine Potestatis authoritate abs Te
„ ulciscenda. nec enim nescimus quid
„ in propriarum ultores injuriarum
„ jura censeant. Contempta itaque
„ Juris dignitas, Judiciariae indigna-
„ tionem severitatis habet ultricem,
„ nec dispari passu instantis atrocitas
„ sceleris ambulat cum Crimine Lesae
„ Majestatis: non est ergo quod LXX.
„ mulcta talentorum hoc in casu re-
„ moretur, cum omnium similium
„ in eo quo similia, idem sit Judici-
„ um.„

Alius advenam seu Peregrinum obsequió suscepit: trahitur in Jus Plagii, accersitur „Hic Advena Ser-
„ vus est aut ingenuus? si liber est,
„ qua fronte liberum Caput Servitu-
„ ti mancipasti? nec inficiari potes,
„ quod Tui (luce clarius) declarat

Cal-

Digitized by Google

„ calliditas ingenii! reum te eviden-
„ tissme convicit ipsa rei evidentia.—
„ Si servus est? alienum possides
„ mancipium: nec justo titulo nec bo-
„ na fide, cum neutrum probare pos-
„ sis: eas namque instrumentorum
„ seu attestationum rationes quas as-
„ seris, nostri disciplina temporis non
„ patitur, ideo Plagii convictus, no-
„ mine penae LXX compone. „

Amplius: Judaeum Scholares casu percusserunt: eidem penae ab eisdem Judicibus tanquam Sacrilegii addicuntur.„

„ Vicinum pecus penes Te profes-
„sus es: Abigeatus conviceris: infer
„fisco LXX.

„ Sed humanissime Tecum agitur
„ si numerata pecunia possis absolvi:
„ cum ad pondus Fisci exploratissi-
„ mo debeas jure in metallum purius
„ condemnari. „Estimat Jlle minus one-
rosum numerata exonerari quantita-
te, quam instantissime provisam of-
ert, numerat, gratiam abolitionis po-
stulat:„ inspicit Thesaurista, consi-
„ derat Apocrisiarius, consternatur,
„ exclamat Pape! unde tam repente
no-

Digitized by Google

„ nobis tam novus Histrio! ridiculo
„ nos prostituit Nebulo prorsus
„ ridiculus, qui squammis ac paleis
„ aeris cujusdam abjectissimi nos cir-
„ cumvenire contendit! Quibus Jlle:
„ nonne currentis monetae mulctam
„ debeo? Dicunt ei: Sane, utique
„ numisma Principis numera non pa-
„ leam! at Jlle Trapechetarum ea cul-
„ pa non mea. Ajunt Jlli: cave ne
„ stultiloquio profundius impingas,
„ Trapechetas ne nominaveris, ne fal-
„ laci numismate Temet ipsum condem-
„ nes, quia Bestia quae montem teti-
„ gerit gradinabitur! Quibus Jlle: in-
„ fixus sum in limo profundi, et non
„ est substantia: obsecro tamen quid
„ me jubetis facere? Suffocant eum:
„ Redde quod debes! Respondit Quid-
„ nam reddam? numeratam debeo,
„ numerare contemnitis.„ Habebant
autem solidos aliquot ex argenti
vena puriore nuperrimi numisma-
tis et recenter eorum arte fabrefa-
ctos„ illud verum et unicum instantis
„ esse temporis numisma et asserunt
„ et exigunt, eam vero qua Te absol-
„ vi extimas, exautoratam esse mo-

ne-

Digitized by Google

„ netam, et jam pridem abjectam non „ dubites.„ Non deest Illis malitiae societas callide subornata: jurant omnes, immo perjurant eo numismate non modo reorum quosdam absolutos, sed plurima Militum depensa stipendia. Quid tandem? tortoribus mancipatur, cathenis constringitur, ergastulo includitur, quidquid est in Personis, quidquid in fortunis aut prediis, fisco deputatur, qui ad ultimam assis suae exteratus unciolam, immo ad extremum unciolae minutum, questionibus districtissime perurgetur se esse solvendo confiteri.„

Fama est etiam emeritos Sacri ministros altaris, inter istorum fascias Pedagogorum, inter ipsa tripudia expirasse. Jsti sunt Tui Judices, isti sunt Tui Consules, Cracovia.!

De his dictum puta „Consilium in „Suadela iniqui, toxicum in pixide „medicantis: judicium in lingua impii „est gladius in manu furiosi„ multa preterea silentio pretereo, quae non tam vera, quam ab aemulis conficta existimo. Nec enim, super Principes, pruden-

Digitized by Google

dentia preditus Princeps, haec aut ignorare aut dissimulare potuisset, sciens: quod latentes Proreta scopulos periculose ignorat, prominentes vero periculosius dissimulat. Enim vero tam crassa tam supina ignorantia in Virum tam probatae circumspectionis cadere quomodo potuit? presertim cum oppressorum undique lacrymosior, ut ajunt, ejulatus querulosis perstrepit vagitibus, Sanctissimo Cracoviensi Antistite (cujus nomen aureo inscribendum est calamo) Gedeone, tuba exortationis jugiter pretonante, ac maleficos crebrius a maleficii pertinacia dehortante.

Nec enim negligere aut silentio sepelire pius Pastor quievit tam erumnosam sui cladem gregis, absque suae salutis dispendio. Hic Matronam ex industria, quodam habitu lugubri, vultu mestiore Presidis consistorio asistere jubet eminus: quam Preses Provinciae propius accedere jubet, ut quod sibi actionis competere putat, intrepide proponat: quae accedens et pro Matronali reverentia conquiescens, ait „Habebam ego, Ancilla Tua Domine,

Digitized by Google

„ ne, gregem tonsarum non mediocrem, huic pascendo meus filius „ mercenarios conduxit, quoruu negligentia grex totus luporum saevis „ morsibus occubuit,, ait Preses,, quis „ nam est Filius Tuus?,, qui respondit,, Ego servus Tuus sum Filius „ ancillae Tuae,, ,,Qui sunt mercenarii?,, respondent „ presto sumus „ audientiae, copiam expetimus,, tum „ Praeses,, Quantumlibet,, at Jlli „ gregem sub nostra fuisse tutela non inficiamur, sed per nos deperisse non „ injuria diffitemur, hujus namque „ matronae privignus, quem frustra „ filium vocat, venandi avidissimus, „ canes non tam atroces quam rabidos ubique secum conducit, quorum rabies non solum a nobis, sed „ a Viris illustribus creberrime illi „ est exprobrata: istorum canum „ turba gregem secus viam pascentem „ insilit, lacerat, nobis nequidquam „ vociferantibus sternit et interimit,, at Contra Juvenis lupos asserit esse in Causa ,,casu inquit conspicor lupos „ gregi cominus imminentes, canes „ copulis denodare jubeo, lupos cum

ca-

Digitized by Google

„ canibus per opaca nemorum una
„ vobiscum insector, reversa interim
„ pars luporum gregem desertum fu-
„ dit et exanimat: vestrae igitur id
„ esse negligentiae qui gregem dese-
„ ruistis, non meae culpae qui lupos
„ abegi, omnibus est perspicuum„ ad
haec Preses „utriusque quidem partis
„ verissimillima est narratio, sed ne-
„ utra decisivam sententiae rationem,
„ seu rationis robur allegat, neutra
„ etiam testibus aut aliis munitur am-
„ miniculis: Videntur quidem merce-
„ narii innoxii, *quia nemo cogitur*
„ *casum prestare fortuitum nisi ali-*
„ *quid specialius convenerit* sed quia
„ culpam seu dolum prestare non pos-
„ sunt, nec exceptionis quam de ca-
„ nibus proponunt fidem afferunt, ex-
„ timationis gregis quis neget obnoxios?„ „Videtur vobis justa Sententia Proceres? respondent, quid
„ aliud sententiari possit non vide-
„ mus„ at Jlle „imo diversum quae-
„ dam ratio juris imparat: nam quod
„ istis probandum erat, ex adversarii
„ confessione liquido constat; rabi-
„ dos quidem a se foveri canes diffi-

teri

Digitized by Google

„ teri nequit, cum id sit omnibus
„ evidentissimum: sed et sua jussione
„ secus gregem denodatos, non infi-
„ ciatur in jure. Quid aliud queso
„ oruenta latrantum faceret atrocitas
„ inter baleatus innocentulos? cum
„ sit omnis rabies innocentiae inimi-
„ ca. Cum itaque tam valida sit pre-
„ sumptio, ut nec probatione contra-
„ rii, nec alia presumptione possit
„ elidi, standum est presumptioni!
„ nec enim ejus fabellae quam de lu-
„ pis inepte allegat, nec exilem pro-
„ ponere valet assertiunculam. Pro-
„ inde Qui damni occasionem dedit,
„ damnum novercae seu matri resar-
„ tiat! ejus exemplo cujus Bos cor-
„ nupeta seu Caballus calcitrosior
„ quempiam damnificet.„ Placet haec
„ Sententia?„ acclamant omnes „Pla-
„ cet.„

Quum demum Deo plenus Antistes pleniore nacta dicendi oportunitate ait „Divinum admodum Preses „ gloriose sententiasti oraculum! Di-„ vinam constitutionis promulgasti „ sententiam! eatenus cum Tuas ha-„ bere robur constitutiones noveris,

si

Digitized by Google

„ si Tuis Jpse constitutionibus nulla
„ contrarietate non deroges, audi ob-
„ secro quorsum respiciat quam Jpse
„ tulisti sententia? Tuum de Te
„ patienter excipe Judicium! Haec
„ Matrona Cracoviensis est Provin-
„ cia, Tu nisi dissimulare velis. Ejus
„ Filius: Grex tonsarum est Populus
„ Provinciae! Huic pascendo non Pasto-
„ res sed Hostes instituis, qui ea quae
„ sua sunt, non quae gregis querunt:
„ unde merito non tam Filius quam
„ Privignus appellaris: Privignali e-
„ nim hostilitate induitur, qui cala-
„ mitatis Maternae non miseretur. Tu
„ canes rabidos, idest officiales trucu-
„ lentissimos non in copula districtio-
„ nis circumducis, sed nodis Disci-
„ plinae Tua solutis jussione, passim
„ undique sinis debacchari. Hi atro-
„ citate cruenta, morsibus virulentis,
„ in gregem penitus confractum, in-
„ tercessanter deseviunt, nec aliud
„ sitisse videntur, quam ut lacerato
„ gregis jugulo, gregis cruore debri-
„ entur. Tuam in Te igitur premisisti
„ sententiam, quia in quo alium ju-
„ dicas Te ipsum condemnas: unde

ve-

Digitized by Google

„ verendum nobis est Districtioris
„ Judicii examen districtius! Nam
„ Sanctus David non opprimi, sed
„ numerari jussit Populum, Divinae
„ tamen offensam indignationis incur-
„ rit, quam nihilominus, cujusdam
„ contritiunculae momento, prorsus
„ expiavit. Dic ergo Fili! dic una
„ cum David: *Ego peccavi, ego Ini-*
„ *que egi!* Dic iniquitates Tuas ut
„ justificeris! alioquin dum securis
„ ponetur ad radicem absportabere
„ (quod absit) ut Gallus gallinaceus!„

Sed silici inseritur Olivae surculus: nec eget sal infatuatum imbre Prudentiae: majores namque causas in Presulem Preses conflat asserens „talia non Zelo pietatis de

---

Sed frustra silici, surculus olivae inseritur: majores namque odii causas Princeps in Presulem conflat asserens „ eum talia non Zelo pietatis sed „ individiae oblatrare! non enim dolore caret „ seu prurigine quantumlibet lenissimus aposte- „ matis tactus „ unde tam de Presule quam de aliis ultum ire parat in ultionem. Et Episcopo quidem occultius proscriptionis meditatur exi- lium: aliis vero finitimum capitis infortunium, aut cujuslibet mutilationis dispendium.

Sed

Digitized by Google

„ de se prolata, sed invidiae typo de „ Principe oblatrata „ nec enim dolore caret seu prurigine quantumlibet laevissimus apostematis contactus: unde tam de Presule quam de aliis ultum ire parat, „ quasi de Principe durius aliquid fuissent opinati „ et Presuli quidem occultius proscriptionis meditat exilium, aliis vero finitimum capitis infortunium, aut cujuslibet mutilationis dispendium.

Sed frustra jacitur rete ante oculos pennatorum: nam Antistes omni Sapientiae probatus industria, et Ipse Illius declinat machinamenta, et alios industrie declinare docet. Nec minus Paternae admonitionis instat proposito, non animo nocendi (ut Illi autumant) sed studio corrigendi: nulla enim est, apud Perfectos, in malo mutui redhibitio.

Sed ad vocem sapienter incantantis aspis assurdescit: et ad tonantis minas Caeli, quasi contra Caelum pugnaturus, in Seta Ericius exhorrescit. Immo „ tanquam in proprii capitis jugulum conjurassent, tanquam ultro „ in Principis actionarent exeidium,

Digitized by Google

„ pressuras injuriis auget, injurias „ pressuris accumulat. „ Quae res inexorabiles odii causas in Principem congessit: nam deliramentum Capitis membra sepe luunt, membrorum lapsus in caput nonnunquam redundat: quasi enim consentire videretur, qui cum prohibere possit, non prohibet.

Proinde primi Provincialium et Consulares Viri secreta secum deliberatione disceptant „ Turpe inquiunt „ est factiosos videri, sed turpius „ ignavos existere: indignum est in„ genuitatem ancillari, sed indignius „ Reginam Provinciarum inter scorta „ prostitui: durum quidem tot cala-

mi-

Sed frustra jacitur rete ante oculos pennatorum! nam Antistes omni Sapientiae probatus industria, et ipse Illius machinamenta declinat, et alios industrie declinare docet: Proinde primi Provincialium et Consulares viri secrete secum deliberatione disceptant „ Turpe inquiunt est in„ genuitatem ancillari: durum tot calamitatibus, „ premi! „ Tum quidam virorum Illustrium perinsignis ait „ est non procul hinc Oliva quae„ dam generosioris inter fructifera ligna pro„ pagini „ frondibus propagatior amoenissimis „ virore perpetuo sempiterno festivior; cujus odor omnibus

„ mitatibus premi, sed durius in Tan-
„ ti Majestatem Principis impingere:
„ Est ne ergo ullum uspiam remedi-
„ um, rebus tam confractis, ampullis
„ vitreis, inter malleum constitutis et
„ incudem?„

Tum quidam Virorum Illustrium insignis „ Est inquit non procul hinc
„ Oliva quaedam generosioris inter li-
„ gna fructifera propaginis! frondi-
„ bus amenissimis propagatior, viro-
„ re perpetuo semper festivior, olei
„ non tam stillans irriguum, quam
„ spatiosis undique balsami profluenti-

„ omnibus est notissimus cunctis tantum inco-
„ gnitus (Nec enim latere Vos arbitror quae
„ aut quantae sint Kazimiri virtutes, quae fama
„ virtutum) omni pigmentaria suavitate redo-
„ lens, omnium fragrantiam odoramentorum
„ transcendens! proinde sub hujus umbra Nos au-
„ ram quietis captare convenit, ut Ejus oleo,
„ nostri tumor doloris salubriter fomentatus, de-
„ tumescat: alioquin illa filii Gedaonis nos ar-
„ guit parabola qua docetur qualiter ligna Re-
„ gem creatura Ficum, Vitem, Olivam ut eis
„ imperarent hortatae sint, quibus abnuentibus,
„ carditum elegerunt, a quo ignis egressus om-
„ nia pene ligna consumpsit.„

His

Digitized by Google

„ entibus mundanis, cujus odor omni-
„ bus est notissimus, cunctis tamen
„ incognitus; omnibus domesticus
„ cunctis peregrinus! fructus elegan-
„ tiori omnium gemmarum prestantia!
„ Nec enim latere Vos arbitror
„ quae aut quantae sint Kazimiri vir-
„ tutes! quae fama virtutum omni
„ pigmentaria suavitate redolens,
„ omnem odoraminum fragrantiam
„ transcendens! nam extrinsecis Ipsi-
„ us corporis dotibus occupari non
„ convenit, quae ipsa sui venustate, in-
„ tuentium obtutus, quasi quibusdam
„ Solis radiis perstringunt; super-
„ gratissima enim tam formae quam
„ lineamentorum elegantia, mediocri-
„ ter staturam transcendens mediocri-
„ um iusta staturae proceritas; blan-
„ dus Illi aspectus quadam tamen reve-
„ rentiae Majestate conspicuus: pudi-
„ cus semper sermo, quadam tamen
„ acrimoniae festivitate conditus. Cu-
„ jus vero tam inscrutabile pectoris ar-
„ marium, tam prestantissimos Cordis
„ thesauros, tam inestimabilem ani-
„ mi supellectilem, aut natura funda-
„ vit, aut gratia stabilivit, incertum
est,

Digitized by Google

„ est: utrum in Illo natura gratiam
„ vincat an gratia naturam? adeo so-
„ roriarinvicem altercatione colludunt,
„ ut utraque vincere studet alteram,
„ neutra tamen alteri munus invide-
„ at victoriae: nam Politicis Illum
„ virtutibus natura stagnavit, Purga-
„ toriis vero gratiae diligentia expoli-
„ vit: quidquid enim ad naturalem
„ seu Politicam Justitiam, Temperan-
„ tiam, Fortitudinem, Prudentiam-
„ que spectare dinoscitur, et verbo
„ preceptionis aperit, et operis exem-
„ plo demonstrat. Nemo siquidem u-
„ nicuique quod suum est fidelius di-
„ spensare novit, nec in aliquo unquam
„ infallibilius viguit aut aequitatis
„ virtus aut indicationum ratio: nam
„ quod querulantium strepitu non
„ nunquam offenditur, quod causidi-
„ corum importunitates egre fert? duo
„ sunt in causa: odium scilicet Calu-
„ mniae et amor Concordiae: unde
„ multis ob calumniam sepe impres-
„ sum est cauterium, multi naso,
„ lingua; nonnulli capulati ad insigne
„ videlicet confusionis perpetuae. E-
„ contra Concordes, gratia amplexu,

ad

„ ad pacis perpetuitatem invitat, quo-
„ rum alterum opus est Justitiae, re-
„ liquum vis est Temperantiae: est
„ enim Justitia calumniarum ultrix,
„ est Temperantia concordiarum Im-
„ peratrix! quae quanti sit penes Hunc,
„ Ejus probat Modestia, astruit man-
„ suetudo, docet humilitas: qui suae
„ interdum quasi oblitus Dignitatis,
„ minimorum sese ingerit et contem-
„ perat consortio, non levitatis pru-
„ rigine sed beneficio virtutis. Libe-
„ ralitatis tamen studio limites tem-
„ perantiae penitus non excedit, cui
„ ab infantia modum non posuit, nec
„ enim ut plerisque moris est aut in-
„ hiat acquirendis, aut incumbit ac-
„ quisitis, sed instar Tagi fluminis
„ quo largius defluit, hoc uberius au-
„ reis arenis inundat: est enim auro
„ prestantior liberalitatis largitio. Jam
„ vero dotes Fortitudinis Ejus libet
„ attingere: jugis Illi laborum exer-
„ citatio raro, nisi seriis nonnunquam
„ nisi honestis intenta: est enim vita
„ strenuorum semper actuosa, et igna-
„ viae torpor ipsa quiete taedio sus: Cui
„ quotiens extrinsecae demunt bellorum

oc-

Digitized by Google

„cupationes, venandi exercetur studiis: quia non parvum est virtutis „seminarium ocii declinatio, nec minima seriorum exercitamina. Vir „fortis interdum elicit ex ludicris.„

„An ignoratis Regem Epiri Mithridatem (cujus futuram Celsitudinem etiam Caelestia Signa predixerunt, nam et eo quo genitus anno, et quo regnare cepit, stella Cometes per utrumque tempus illuxit XL. diebus, ut Coelum omne flagrare videretur, quae in Ortu seu in occasu quatuor horas commumebat: per quod probatur sextam Caeli partem magnitudine occupasse.) Puer insidiis tutorum veneno appetitur, Ille saepius bibit antidota, ut nec volens quidem Senex veneno mori potuit, timens deinde ne quem veneno inimici non poterant ferro penagerent, venandi studium elegit, quo vu annis neque Urbis neque ruris tecto usus est, sed per Silvas diversis montibus Regionum pernoctabat, ignaris omnibus quibus in locis mansitaret: quibus rebus et insidias vitavit, et corpus ad omnem virtutis patien-

Digitized by Google

„ tientiam dutavit. Hic de augendo de-
„ inde Regno cogitavit. Itaque Scytas
„ invictos perdomuit, (qui Sopianonam
„ Ducem Magni Alexandri cum xxx.
„ millibus deleverunt, qui Cyrum Re-
„ gem Persarum cum CC millibus tru-
„ cidarunt, qui Philippum Regem Ma-
„ cedonum oeperant) Pontum quoque
„ et Cappadociam occupat: unde Asia
„ explorata, Bithiniam transcendens,
„ oportuna quequae victoriae suae me-
„ ditatur.

„ Quia vero virum Fortem non
„ tam diu robur corporis, quam ani-
„ mi commendat dignitas, non minus
„ pectoris monstra quam nemorum
„ bestias studet Kazimirus domuisse:
„ Cujus quanta sit Magnanimitas? quan-
„ ta Constantia? quae animositas? quae
„ in ipso animositatis torrente Patien-
„ tia? non est promptum expedire.
„ Audire vultis ridiculum? non ridi-
„ culum, sed Patientiae insigne:

„ Quidam ad Aleae duellum hunc
„ Principem sollicitat; congrediunt,
„ confligunt, jacet in medio pignus
„ victoriae argenti quantitas immen-
„ sa: vacillat aliquantisper fatum, et

Digitized by Google

„ fluctuat instatorum ambiguus pa-
„ vet. Ille suspirat ac trepidat, to-
„ tus inter spem ac timorem stupi-
„ dus, totus examinis! finitimus tan-
„ dem jactus fatum duelli divimit, et
„ calculum victoriae Principi senten-
„ tiat: tum lusor quasdam doloris cor-
„ reptus vesania, pugnum exerit, con-
„ torquet, summo vibramine maxillae
„ Principis incutit, et noctis beneficio
„ de manibus circumstrepentium ela-
„ psus in fugam convertitur: qui vix
„ tandem repertus, Consistorio pre-
„ sentatur, a cunctis Reus utpote ma-
„ jestatis, carptim demembrandus ap-
„ petitur: Quo de se nil nisi crudelis
„ mortis ludibrium prestolante, ait
„ Princeps „ne moveatur Proceres ve-
„ stra gravitas, quia levitatis est,
„ causis ex levibus indignari: di-
„ gna enim non est ejus indignatio
„ cujus animus intra se tranquil-
„ lior causas indignandi non pon-
„ derat: immo iniquum est examen
„ cujus trutina jactatur in turbi-
„ ne. Quid queso, quid indigna-
„ tione dignum pauper Joanes ad-
„ misit? (hoc enim erat nomen
„ ejus) quid si tecum Fortunae cau-

Digitized by Google

„ satur judicium? nonne caeca non
„ est quae in causa dispari causam
„ pauperis supprimit, et Potentis
„ potentiam extollit: iniqua in u-
„ troque, crudelis in paupere, adu-
„ latrix in Potente: non injuria
„ ergo ultionem injuriae quam a for-
„ tuna exterquere non potuit a filio
„ Fortunae ut potuit exegit: quin, ut
„ verius loquar, lucrum lucre addidit
„ et Fortunam in me vicit munere:
„ illa nummos quibus habundabam
„ coatulit, Iste aureum Prudentiae
„ gestamen, quo Princeps carere
„ non debet fabricavit, quia me-
„ minisse me docuit, periculosum
„ esse Principi ludibriis intendere,
„ periculosius etiam in minimis lu-
„ bricae fortunae submitti. Pruden-
„ tia enim principandum est Prin-
„ cipibus non fortunae. grates ergo
„ ingentes Johanni, cujus gratia ni-
„ hil a modo levitati, nihil casi-
„ bus ultro fortuitis de me ulterius
„ promitto„ sic injuriator Ille Prin-
„ cipis amplexibus excipitur, et prin-
„ cipalibus quam largissime donariis
„ efertur.„

„ O mira

„O mira in Vivo Fecit tam Patien-
„tiae constantia, quam Prudentiae
„industria! quia acceptae pro dira
„injuriae non solum aequanimiter fert,
„sed gratanter ignoscit, non imprudenter excusat, gratia rependit, muneribus remuneriat.„

„Sed unde haec? omnes virtutum
„filiae, omnis earum familia, quid-
„quid offici quidquid operis exer-
„cent, ad Prudentiae refertur judicium: verbi gratia? gestat Patientia (quae est filia Fortitudinis,) tres in eadem sarcina messes: massam laetoris, massam laboris, massam contumeliarum seu injuriarum: quam videns Prudentia: Quid tam inquit filia? ad quam Illa gemens sub onere: accelera inquit! exonera tergentem! ad Te sarcinam, Tua Soror, hanc perferre jussit. Cui Prudentia: nosco meae Sororis delicias, consueta nosco munuscula, sibi nos ancillari jubet; Tibi tamen o Patientia compatimur, sustine modicillum! faciam quod ortatur. Ardes itaque massas mittit in caminum desideriorum, conflat, excoquit, examinat, et in „lamminas producens ductiles, miro

„ artificio aureos effingit armatus. Sic „ Prudentiae magisterio, ex abjecta in „ fortuniorum materia fabrefiunt vir„ tutum insignia!

„ Claret hoc in Filio Prudentiae de „ Quo mihi sermo est: Qui cum sit „ Princeps Consilii strenuus providus „ cautus circumspectus, cum undique „ Prudentiae fulciatur industria, inter „ simpliciores tamen simplicissimus vi„ deri studet, tum ut Arrogantiae pe„ riculum declinet, tum ne humilita„ tis deserat vestigia, tum ut simpli„ citatis palea, uberius eliciat grana „ sapientiae: Prudens enim virtutis „ fructum in conscientia metit, minus „ perfectus in ostentatione. Unde Hu„ jus Prudentia nihil simplicius, sim„ plicitate nihil prudentius.

„ Nam quis nescit commessationum „ assiduitatem esse virtutibus inimi„ cam? Nec enim Siocaria nomen et „ speciem liberalitatis mentita virtu„ tes invitat inebriat intoxicat, ex in„ dustria tamen sub quodam simpli„ citatis umbraculo Conviviorum ce„ lebritates non solum non declinat, „ sed celeberrimos ac prodigos cre-

brius

„brius instaurat apparatus, causas ob
„multas, quarum Prima est ut quod
„sibi virtutis desit, ex infatuatis alio-
„rum sensibus condiscat: etenim Pru-
„dentia experimentum fatuitatis, sic
„fatuitas Cos est virtutis. Stulto si-
„quidem in stultitia deprehenso, sa-
„piens sapientior erit. — Secunda cau-
„sa est ut aliorum de se agnoscat Ju-
„dicia: Liber enim dicitur Bacchus,
„et liberam de omnibus promulgat
„sententiam — tertio ut secreta factio-
„ne fabricata machinamenta, quae a
„Sobriis elicere nequit, ab ebriis ex-
„torquat: furtim enim ebrietas nunc
„Sacrarium irrepit, ut patentius re-
„periat Sobrietatis archanum — Quar-
„to: nemo prudens nectar infundit
„vasi rimoso, quo totum effluit: ideo-
„que Vir sapiens opere pretium habet
„eorum non imprudenter experiri
„prudentiam, quibus penitiora con-
„siliorum Archana committat: infusus
„namque liquor sine difficultate rimas
„invenit in fictili „

„Postremo diligi mavult Pius Prin-
„ceps quam timeri: amore siquidem
„Regem suum examen Apum sequi-

tur,

Digitized by Google

„ tur, non timore. Gratia igitur con-
„ciliandae gratiae (quae communis est
„apud omnes convivandi ratio) convi-
„viorum honestati protempore indul-
„get, estamus tamen ut nihil ebrietati
„de se licere permittat, utpote quem
„semper Comes individua, non dese-
„rat animi Sobrietas. „

„ Scitis quo pacto stipatur interim
„Literatissimorum lateribus altrin-
„secus, quorum tam Sobrietas quam
„Sapientia paucis est incognita: Cum
„his, nunc Sanctorum exempla Pa-
„trum, nunc Virorum gesta Illustri-
„um vicaria relatione retractat; inter-
„dum organicis precinens aut succi-
„nens concentibus Caelestis medita-
„tur harmoniae dulcedinem: Theolo-
„gicis nonnunquam exercetur inqui-
„sitionibus, utramque partem que-
„stionis utrinque argutissimis urgens
„rationibus, rerum subtilium inda-
„gator Sagacissimus.

„ Si ergo (quisquis es delator in-
„vide!) tumulentum asseris Kazimi-
„rum tumulentorum Consortio? cur
„Prudentem non astruis jungi Pru-
„dentum exercitio? Habes livor edax
quod

Digitized by Google

„ quod doleas! et si reperire nequeas „ quod carpas: nunquam enim haec „ oliva sine fructu fuit, quem vel fo„ veret gratia vel carperet invidia!„

„ Proinde sub hujus umbra Nos „ auram quietis capere convenit, ut „ ejus oleo, nostri tumor doloris salu„ briter fomentatus detumescat! alio„ quin Illa Filii Gedeonis nos arguet „ parabola, qua docetur qualiter ligna „ Regem creatura Ficum, Vitem, Ole„ am ut eis imperaret ortata sunt, „ quibus abnuentibus carduum elege„ runt, a quo ignis egressus omnia pe„ ne ligna absumpsit „

His itaque omnes persuasi tum Kazimiri favore, tum adipiscendae studio libertatis Kazimirum suspirant, conveniunt, orant, sollicitant „ ut si Re-

---

His itaque omnes persuasi tum Kazimiri favore, tum adipiscendae studio libertatis Kazimirum suspirant, conveniunt, orant, sollicitant „ ut si Regni dignitate non capitum, misericor„ diae supplicatione flectatur: si regnare non „ appetit, non tamen miserari contemnat „ (jam enim Kazimirus in fratris sui Henrici Ducis absque prole defuncti Thetnarchiam successerat.)

Ad

„ Regni dignitate non capitur, Miseri-
„ cordiae supplicatione inflectatur: si
„ Regnare non appetit, misereri non con-
„ temnat. ad Quos Ille, „ Antiqua inquit,
„ immo antiquata penes Nos est hujus
„ temptationis cavillatio. Nec enim tam
„ repente a nostra potuit excidisse
„ memoria qualiter Primi Principum
„ Ajax videlicet, et famosus Ille Swa-
„ toslaus (cujus gloriosa hodie viget
„ posteritas) et cuncti Proceres me
„ licet renitente, ad idem Regnum
„ pertrahebant, ut propulsato piissimo
„ Principe Fratre Nostro Boleslao, in-
„ fausta vendicatione securius impera-
„ rem: sed malui Fraternae pietatis
ample-

Ad quod Ille: „ Antiqua inquit imo anti-
„ quata penes nos est hujus tentationis cavilla-
„ tio; nec enim tam subito a nostra potuit
„ excidisse memoria, qualiter primi Principum
„ Jaxa videlicet et Swantoslaus et cuncti pene
„ Proceres (licet renitentem) ad id Regnum
„ protrahebant, ut propulsato piissimo Prin-
„ cipie Fratre meo Boleslao infausta vendica-
„ tione securius imperarem: sed malui fraternae
„ pietatis amplexum omni preferre imperio.
„ Nam qui Fratrem odit sui homicida est! quia
„ qui fraternum in se cor amputat, propriis
„ semet ipsum precordiis exenterat! quoniam igi-
tur

„ amplexum omni preferre Imperio,
„ nam qui Fratrem odit, sui homici-
„ da est, quia Fraternum in se cor am-
„ putat, propriis semet ipsum precor-
„ diis exenterat „

„ Quoniam igitur tunc puro in-
„ nocentiae fonte lavi pedes meos, quo-
„ modo in Sanguine rursus Fraterno
„ inquinabo Illos? O quam egregii
„ ad Principatum gradus! in me ho-
„ micidium, in Fratre fratricidium,
„ in Fratricidio Parricidii temeritas!
„ Quonamque pacto in Ejus exterми-
„ nium consurgam? Qui me plus quam

Pa-

„ tur tunc puro innocentiae fonte lavi pedes
„ meos, quomodo rursus in fraterno sanguine
„ inquinabo illos! O quam detestabiles ad Prin-
„ cipatum gradus! in me homicidium: in fratre
„ fratricidium, in fratricidio Parricidii temeri-
„ tas! Quonamque pacto in Ejus exterminium
„ consurgam, qui me plus quam Paterna fovit
„ teneritudine? Quem plusquam filiali semper
„ devotione colui? periniquum prorsus est ini-
„ quis prosperare commerciis! „

Instant illi „ Sane inquiunt Princeps Se-
„ renissime! Boleslai parcendum erat pietati,
„ quia tunc nulla honestas causae intercessit:
„ solo factionis impetu contra Illum perstre-

pente

„terna fovit teneritudine? Quem „plus quam filiali devotione semper „colueram? Periniquum prorsus est „iniquis prosperari commerciis!„

Jnstant Jlli „Sane inquiunt, „Princeps Serenissime, Boleslai par- „cendum erat Pietati, quia tunc „nulla honestas causae intereessit, „solo factionis impetu contra Jllum „perstrepente; nunc alia ratio pactum „reformat, cum omnes extrema urget „necessitas, quibus nisi Tua succur- „rat miseratio, nisi tam obstrangu- „latae Reipublicae relaxetur per Te spira-

„pente. Nunc autem alia ratio pactum refor- „mat, cum omnes extrema urget necessitas: „quibus nisi Tua succurrat miseratio, suffocari „necesse est, cum nulla sit alias transmigrandi „facultas.„

Vix itaque tam creberrimis instantium importunitatibus, quam Amicissimorum impulsus consiliis, Cracoviam cum perpaucis adiit, cavens ne violenta magis occupatio Jpsius videatur, quam ultronea civium electio Occurrunt illi alacritate inedicibili exercitus numerosi catervae: turmae confluunt exultant gratulantur, Salvatorem proclamant advenisse! Omnis Jllum aetas amplectitur, omnis adorat conditio, omnis dignitas veneratur.

Igitur

Digitized by Google

„spiraculum, suffocari necesse est, „cum nulla sit aliorsum transmigrandi „facultas!„

Vix itaque tam creberrimis instantium importunitatibus, quam amicissimorum impulsus consiliis, Cracoviam cum perpaucis adit, cavens, ne violenta magis ipsius occupatio videatur quam ultronea civium oblatio. Occurrnt Jlli alacritate inedicibili, exercitus numerosi; catervatim undique turmae profluunt, exultant, gratulantur: Salvatorem proclamant advenisse: omnis Jllum etas amplectitur, omnis adorat Conditio, Dignitas omnis veneratur, valvae Civitatis, licet invictissimis instructae Presidiis ultro patefiunt: ultro ab Arce desiliunt quos Mesco Urbis Presidio prefecerat: cun-

Igitur Kazimiro Nobilissimo Principi valvae Civitatis Cracoviae invictissimis iustructae Presidiis ultro patefiunt, ultro ab arce desiliunt quos MeszkoUrbis presidio prefecerat: cunctique prona cervice scabello Kazimiri advolvuntur. Omnium itaque concurrunt vota, omnium conjurant studia, Princeps ab omnibus adoratur.

His

Digitized by Google

cunctique prona cervice scabello Kazimiri advolvuntur. Omnium itaque concurrunt vota, omnium conjurant studia, Princeps ab omnibus adoratur!

His imperterritus Mesco, summae Magnanimitatis Princeps! suorum consilia fidem animos et robur explorat, sed sero: quia diu neglecto languori non facile succurritur: nec est in maris fundo consultatio naufragii. Eodem namque momento, quo juris jurandi religione Illi se se obstrinxerant pro Illo constantissime morituros, et Fidei

His imperterritus Meszco summae Magnanimitatis Princeps! Suorum Consilia fidem animos et robur explorat, sed sero; quia diu neglecto languori non facile succurritur nec est in fundo maris consultatio naufragii. Eodem namque momento quo Illi Kazimiro se se juris jurandi Religione constrinxerant, pro illo constantissime morituros et omni loco et tempore pollicentur: sed et Proceres Meszconis ab eo dilabuntur et Kazimiro adherent: inter quos Dux Odo cjus primogenitus hostis atrocissimus propriae radicem Stirpis eradicare contendit, in proprium verticem flammas congerit, in Patris excidium pertinacissimus, ea de causa, ut Novercae filios, (quibus Pater post se Regni successionem spoponderat) a Regno arceret.

Igitur

Digitized by Google

dei oblîviscuntur et Principis: Sed et Charissimi Ejus, tantorum prorsus Beneficiorum immemores ab eo dilabuntur. Inter quos Dux Odo Ejus primogenitus, hostis atrocissimus! proprii radicem Stipitis eradicare contendit, in proprium verticem flammas congerit, in Patris excidium pertinacissimus! non ut quendam Bactrianensem! (quod absit) imitetur Parricidam, sed ut novercae filios, quibus Pater post se successionem spoponderat, a Regno arceret.

(Regem siquidem Bactrianorum Evetidem, cujus supra meminimus Filius jam Regni socius a Patre factus, ambitu interfecit: quasi hostem non Patrem occidisset, per sanguinem Ejus currum egit, et Corpus inhumatum abijci jussit. Sed non sine ultione: Hujus enim Parricidae unicus parvulus, avi morte anxiatus ignaris custodibus nemus ingreditur, dolorem anxietatis morsibus ferarum optat finire: qui per dies aliquot per lustra vagabundus, fungis ex radicibus latranti stomacho succurrit; novissime cujusdam gustu radicis pestiferae in languo-

guorem prosternitur, quo fatigatus quasi animam exalaturus, oscitare cepit: oscitantis ori serpens illabitur cognata forsitan suae pestilentiae radice illectus, hic introreptans herbas crudas et indigestas ad os stomachi revocat et ad vomitum impellit: Pater interea venatibus indulgens, diutissime quesitum ac desperatum, sic tandem vomitantem invenit: qui cum rugitu super adolescentulum provolvitur, lachrymis effluit, ad os moribundi os applicat, et hiantem osculis fatigat: illico serpens osculantis labio morsum impingit, quo laesus Pater ac territus repente resiliit, et serpentem vix cum parte labii abstrahit et obterit, parvulumque semianimem ad suos reportat. Et in brevi redditur sospitati adolescens, omni veneno evomito, Patrem ex vulnere serpentis infusum virus in vesaniam vertit: qua obscenissime agitatus, cum alios appetere non posset, linguam labia mordicatim sibi detruncans absorbet: sic propria membra dimordicans vix tandem expirat. — Agnoscisne hic Divinitatem ultricem? nam adolescentis pietatem idem serpens

Digitized by Google

pens medendo remunerat, et Patricidam occidendo ulciscitur: quorum ex altero pensandum quantum gratiae mereatur filialis devotio! ex reliquo autem, quantum supplicii debeat timere contempta Parentum religio.)

Igitur Mesco non tam Fraternis ejicitur armis, quam suorum perfidia! Qui pene ab omnibus desertus Patria exciditur et Regno: finitimo cum tribus filiis contentus oppidulo.

Circumsiliunt Eum undique infortuniorum agmina: nam gener Ejus Sobieslaus Principum Serenissimus a Regno Boemorum profligatur: alter gener

---

Igitur Meszco non tam Fraternis eiditur armis, quam suorum perfidia: qui pene ab omnibus desertus Patria simul excedit et Regno, finitimo cum tribus Filiis contentus oppidulo. Circumsiliunt Illum undique infortuniorum agmina: nam gener ejus Boleslaus Principum Strenuissimus a Regno Bohemiae profligatur; alter gener Dux Saxoniae ac Bavariae ab hostibus circumquaque impetitur: imo a quibuscunque solatium sperare debuerat, propriis adeo necessitatibus urgentur, ut nec modicillum subsidii polliceri possunt. Omnes quoque Maritimarum Presides non solum obsequelae renuntiant, sed hostilitatis in Illum arma capessunt.

Omnes

Digitized by Google

gener Dux Saxoniae ac Bavariae ab hostibus circumquaque impetitur; Immo a quibuscunque solatium sperare debuerat, propriis adeo necessitatibus urgentur, ut nec modicillum subsidii polliceri possint: Omnes quoque maritimarum Presides non solum obsequelae renunciant, sed hostilitatis in Illum arma capessunt: omnes Kazimiri gaudent subesse Imperio.

Cui dum omnium Urbes Provinciarum ac Municipia sine bello gratulanter patefiunt, Silenciana visa est rebellare Provincia: cujus Principatum Mesco Vladislaides, Fratre abacto (Duce Boleslao) rapuerat: hanc non mini-

---

Omnes Kazimiri gaudent subesse imperio: cui dum omnes Urbes Provinciarum et municipia sine bello gratulanter patefiunt, Seleuciana visa est rebellare Provincia. Cujus Principatum Meszco Wladislaides Fratre abacto (Duce Boleslao) rapuerat. Hanc Kazimirus non minimis extortam conatibus Boleslao restituit. Sed et Meszconem propter suam strenuitatem largitione quorundam Oppidorum obstringit, Fratrem quoque Ipsorum Conradum Glogoviensis Marchiae Principem creat.

Odonem vero Posnaniensi Principatu insignit

Le-

Digitized by Google

minimis extortam conatibus Boleslao Kazimirus restituit; sed et Fratris Ejus strenuitatem, ejusdem videlicet Mesconis, quorundam largitione oppidorum obstringit, Fratremque ipsorum Conradum Glogoviensis marchiae Principem creat.

Odonem vero Posnaniensi Principatu insignit. Lesconi autem Provincias Paterno relictas testamento confirmat: Presidi earundem (omnibus predito virtutibus) Principi Sironi (Ejus quia Juvenis erat) curam committit; Ejusdem Sironis Nepote Sam-

---

Lesthconi autem filio Boleslai Crispi Provincias Paterno testamento relictas confirmat. Nam idem Boleslaus Crispus moriens filio suo Lesthconi Mazoviensem Cujaviensemque Provincias testamento legavit hoc pacto, quod si hunc Lesthconem absque liberis mori contigerit, prefata particio cederet Kazimiro. Presidi quoque earum Provinciarum scilicet Mazoviensis et Cujaviensis, omnibus virtutibus predito Principi Syroni, Lesthhonis (quia minorennis erat) tutelam commisit.

Ejusdem Sironis nepote Gnadenenensi marchia instituto nomine Samborio: quendam cui nomen Boleslaus seu Theodorus Maritimis Ducem constituit.

Nam

Samborio Gedanensi Marchia instituto; quendam quoque cui nomen Boguslaus seu Theodorus Maritimis Ducem constituit; nam autem Gnesnensem Provinciam (quae est omnium apud Lechitas Metropolis) cum Suffraganeis undique Municipiis, proprii Principatus corpori connectit.

Sed et Russiae nonnullas jubet accedere Provincias: Premisliensem cum oppidis contingentibus: Vladimirien-

---

Nam Gnesnensem Provinciam (quae est omnium apud Lechitas Metropolis) cum Suffraganeis undique municipiis proprii Principatus corpori innectit.

Sed et Russiae nonnullas jubet accedere Provincias: scilicet Premisliensem cum Oppidis contingentibus: Wladimiriensem cum Ducatus integritate: Brzesczensem cum omni suorum incolatu: Drohniensem cum suorum Universitate.

Sic itaque Kazimirus fit Monarchus Lechiae: sic quator fratrum scilicet Wladislai, Boleslai, Meszconis, Henrici, quatuor Principatus in solum Kazimirum confluxerunt, sicut Pater longe predixerat, de quatuor loquens fluminibus, per quae quatuor Monarchias figuravit: per alveos quatuor Principatus: Kazimirum per auream situlam, virtutes ejus per fontem aromatum figurans.

Igitur

Digitized by Google

riensem cum ducatus integritate: *Brzescze* cum omni suo incolatu: *Drochiczyn* cum suorum universitate.

Sic itaque Kazimirus fit Monarchus Lechiae: sic quatuor Fratrum id est Vladislai Boleslai Mesconis Henrici quatuor Principatus in solum Kazimirum confluxerunt: sicut Pater longe predixerat de quatuor loquens fluminibus, per quae quatuor Monarchias figuravit, per alveos quatuor Principatus, Kazimirum per auream situlam, virtutes Ejus per fontem aromatum significans.

Igitur servitutis loramenta dirumpit, exactoria juga dissipat, tributa dissolvit, vectigalia relaxat, onus non tam alleviat quam penitus exonerat, angarias ac perangarias expirare jubet.

Fuit

Igitur servitutis loramentum dirumpit, exactoria juga dissipat, tributa dissolvit, vectigalia relaxat, onus non tam alleviat quam penitus exonerat, angarias expirare jubet. Fuit autem huic genti jus quoddam ex antiquo persolenne, et quasi consuetudinis authoritate approbatum: „ ut quisque Potentum quocumlibet vergens „ pompatice, pauperum non tantum paleam fae„ num stipulam, sed annonam (horreis ac tuguriis

Digitized by Google

Fuit autem huic Genti ex antiquo persolempne et quasi Consuetudinis Authoritate approbatum, ut quisquis Potentum quorsumlibet pompatice vergens, pauperum non tantum paleam fenum stipulam, sed annonam horreis ac tuguriis perfractis dirimperent, non tam depascenda quam Caballis conculcanda profunderent. Erat aliud non absimili temeritate antiquatum; quotiens a Potente aliquid vel exiguae legatiunculae ad quemlibet esset instanter perferendum, jussi sunt Satellites veredis pauperum insilire, et unius horae momento infinitissima stadiorum millia cursu citatissimo transvolare: quae res *scilicet Podwoda* multis

---

„ guriis perfractis) potentive diriperet et de-
„ pascendam ac proculcandam profuderet„ erat
et aliud dissimili temeritate antiquatum„ quotiens
„ a Potente aliquid vel exilis legatiuncula ad
„ quemlibet esset instanter perferendum, jussi
„ sunt satelites equos pauperum insilire, et unius
„ horae momento infinitissima stadiorum millia
„ cursu citatissimo transvolare, quae res scilicet
„ *Podwoda* multis multo fuit periculo, quorun-
„ dam caballis irrmediabiliter enervatis, quorun-
„ dam penitus extinctis, nonnullis cum fatigati

essent

tis multo fuit piaculo, quorundam Caballis inremidiabiliter enervatis, quorundam penitus extinctis, nonnullis cum probati essent irrevocabiliter abductis; unde latrociniorum, nonnunquam homicidiorum obrepsit occasio non modica.—Fuit preter haec a Principibus pertinaciter usurpatum, ut bona decedentium Pontificum quasi quodam predocinio diriperent, aut Principali Fisco inferrent: quod quia Divini juris est, nullius in bonis est: quod autem nullius in bonis est, occupanti conceditur; Sed Deus non irridetur, nec irrideri debet ullius fantasiae ridiculo.

Igitur

„ essent irrevocabiliter abductis„ erat et tertium pessimum inolitae Consuetudinis piaculum apud Principes usurpatum „ ut bona decedentium Pon- „ tificum quasi quodam predocinio diriperent aut „ principali fisco inferrent„ igitur ne talia de caetero fiant jubet equitatis Princeps sub anathematis intimatione inhiberi.

Assunt sacris institutis infulati Octo Sacri Antistites videlicet Zbislaus Archipontifex Gnesnensis, Gethco Cracoviensis Episcopus, Siroslaus Vratislaviensis, Cherubin Posnaniensis, Onolphus Cujaviensis, Lupus Plocensis, Conradus Pomoraniensis, Gaudentius Lubussensis.

Igi-

Digitized by Google

Igitur ne talia de caetero fiant jubet Equitatis Princeps, sub anathematis intimatione inhiberi. Assunt sacris institis Infulati octo sacri Antistites; Sbislaus Gnesnensis Archipontifex, Gedco Cracoviensis, Siroslaus Wratislaviensis, Cherubinus Posnaniensis, Lupus Plocensis, Onolphus Cujaviensis, Conradus Pomoranensis, Gaudentius Lubussensis.

Est autem Octonarius primus solidorum numerorum inter pares, et numerus Beatitudinum, quod figurat solidas esse debere Constitutiones, et beatos fore ipsarum cultores.

Omnes

(Est autem Octonarius primus solidorum numerus inter pares. et numerus beatudinum: quod signat solidas habere constitutiones et beatos fore earum cultores.)

Omnes itaque una voce pronuntiant:

„ Qui Pauperum annonas aut vi aut aliquo „ ingenio accepi jusserit anathema sit!„:

„ Qui legationis occasione cujuslibet anga„ riaverit, vel angariari jusserit quadrupedem „ anathema sit! excepto casu uno, qui videlicet „ hostes alicui Provinciae imminere nuntiaret:

nulla

Digitized by Google

Omnes itaque una voce pronunciant „ Qui pauperis annonam aut violenter aut quolibet ingenio acceperit, aut accipi jusserit Anathema sit!„

„ Qui legationis occasione cujuslibet angariaverit, aut angariari jusserit quadrupedem, Anathema sit!„ excepto uno casu, cum videlicet hostes cui Provinciae imminere nuntiantur: nulla enim est injuria si tunc utcunque saluti Patriae consulitur.„

„ Rursus, qui demortui bona Praesulis invaserit, aut invadi jusserit

sive

„ nulla Injuria est si tunc utcunque Patriae „ saluti consulitur.„

„ Rursus, qui defuncti Presulis invaserit „ bona, aut invadi jusserit, sine omni exceptio „ ne anathema sit!„

(Simile puto judicium de militibus qui habent conferre capellas, qui mortuo sacerdote omnem supellectilem ejus diripiunt).

„ Item qui spoliatum susceperit Beneficium„ absque sublatorum integra restitutione, aut „ etiam restitutionis sponsione, quique hujus „ sacrilegii consentaneus similiter innodetur ana„ thematis participatione!„

Approbant Universi, et cuncti gratissimas asserunt sacrarum prohibitionum sanctiones. Missis itaque solemnibus ad Curiam nunttiis, Apostolico Tertii Alexandri Privilegio prefata statuta perenniter roborantur. Iste

Digitized by Google

„ sive Princeps Jlle fuerit, seu quae-
„ libet Jllustris Persona, seu quis
„ officialium sine omni exceptione
„ Anathema sit! sed et qui spoliatum
„ susceperit Pontificium sine sublá-
„ torum integra restitutione aut certa
„ restitutionis sponsione, tanquam Sa-
„ crilegii ejusdem consentaneus, ejus-
„ dem innodetur Anathematis parti-
„ cipio.„

Approbant universi, et cuncti gratissimas asserunt tam Sacrarum prohibitionum Sanctiones: quibus intemerata ex eo accedit perhennitas quod apostolico Tertii Alexandri Privilegio roborantur.

Divino Cujus oraculo Principatus Kazimiri confirmatur, ne Paterna Jlli voluntas ullum pariat prejudicium (qua cautum fuerat ut penes majorem natu Principandi resideret authoritas ut in Principatu litem successionis ratio Primorenitarae dirimeret.)

Frater interea fratrem obnixa supplicatione fatigat, non interpolata precum instantia solicitat, ponit Jlli ante oculos tremulae senectutis defectus, luctuosum nurus ejulatum, funebria

neptum

Digitized by Google

neptum lamenta, crebros Nepotum singultus „ quibus melius esset occisis, „ quam interemptis fame, gladio quam „ cujusdam ergastulo angustiis inclu- „ sis: satiusque inquit finitimo semel „ intercipi articulo, quam guttatim „ infortuniis distillare. Meminisse Jl- „ lum rogat qua teneritudinis dulce- „ dine apud Jpsos Ejus fota sit adole- „ scentia, quo studio quo amplexu „ educata Juventus, quo demum fa- „ vore, qua solertia! quibus, nisi dis- „ simulare velit, Eorum beneficiis „ non solum Patrimonii Provincias „ sed et Principandi fuit assecutus „ auspicia! quam Filiales quamque „ devotae quam intimis erga nos sem-

---

Jste est Kazimirus qui quocunque se verte- bat, usque semper proficiebat, nam et Meszco exul Jlli humili qua poterat deprecatione sup- plicaverat ut ipsum saltem ad Patriam restituat „ minus inquiens miserum est domestico teri „ jugo, quam exilii calamitete tabescere. tutius „ quoque dicebat et magis honestati consenta- „ neum ipsum suorum fulciri Nepotum obsequiis, „ quam stipari proditorum insidiis. Ponit in- „ super Jlli ante oculos tremulae Senectutis de- fectus

Digitized by Google

„ per ferventes precordiis Ejus affe-
„ ctionis extiterint! Ubi nam inquit
„ illa tam gratuita sponsionum uber-
„ tas? Ubi tam intemerabilis illa Fi-
„ dei perhennitas? si ulla adhuc su-
„ perest tantae scintilla dulcedinis, si
„ vivit ulla tot gratiarum scintillula!
„ summo nobis erit beneficio, Patriae
„ restitutio. Minus enim miserum est
„ Domestico teri jugo, quam exilii
„ calamitatibus tabescere: imperandi
„ siquidem onus et Regia Celsitudo
„ Majestatis, viris decrepitis, viribus
„ imbecillibus non convenit, nam nec
„ lentisci virgultum, nec stipitis an-
„ nositas carientis molibus congruit
„ fulciendis.„ Jm-

„ fectus, luctuosum Nurus ejulatum, funebria
„ neptum lamenta, crebros nepotum singultus:
„ qui melius esset occisis gladio quam inter-
„ remptis fame et angustiis. Meminisse Illum
„ rogat qua teneritudinis dulcedine apud ipsum
„ ejus fota sit adolescentia: quo studio quo am-
„ plexu educata Juventus!„

„ Fateor inquit Kazimirus, ac semper fa-
„ teri velim me Fratris ac Nurus immortalibus
„ obnoxium beneficiis! nec injusta, ait, est eo-
„ rum postulatio, quae namque debitam Patri-
„ monii restitutionem continet.„

Subo-

Digitized by Google

„ Jmmo providentius agi cum hac
„ Republica non potuit, cum non
„ Peregrinus, Barbarus, non Predo
„ quisquam insultat, sed Princeps im-
„ perat legitimus: cujus incunctanter
„ Jmperium factio proditionalis, na-
„ turalium odio Principum, hostibus
„ prostituere intendebat, eodem for-
„ sitan proditionis ingenio contra Te
„ militatura. Tutius ergo est, magis
„ honestati consentaneum Te Tuorum
„ fulciri nepotum obsequiis quam sti-
„ pari proditorum insidiis: alioquin
„ illud verendum est Sapientis. *Vae*
„ *soli! quia si occiderit non habebit*
„ *sublevationem* „

Ad haec Kazimirus „Jngratitudo
„ inquit est, accepti dissimulatio Be-
„ neficii: cujus comites sunt repre-
„ miationis odium, et arrogantiae su-
„ percilium: quorum societas aut So-
„ cietatis contagium nunquam nobis
„ animo fuit. Jmmo fateor ac semper
„ fateri velim, Fratris et Nurus me
„ immortalibus obnoxium beneficiis:
„ Nec injusta est Eorum postulatio,
„ quae non nisi debitam Patrimonii
„ restitutionem continet. Nam Prin-

Digitized by Google

„ cipatum forsitan repetendi nullum
„ Illi jus competit *quia Privilegium merentur amittere qui concessa sibi abutitur potestate*, si tamen con-
„ stanter abusum fuisse constiterit;
„ expedit enim Reipublicae ne quis Re
„ sua male utatur. Quid autem ab
„ efficacissima haereditatis portione
„ Illum retardare videatur? prorsus
„ non video.„

Suboritur extunc murmur, et increscit seditionis tumultus inter Proceres: ajunt enim „en quid verebamur
„ accidit! raro Corvum Corvus exo-
„ culat: raro Frater fratrem stirpitus
„ exterminat: nostrum hic agitur dis-
„ crimen! nostrum evidentissimum
„ periculum! Hujus enim restitutio,
„ nostrum est exterminium, quia non
„ differet cum tempus acceperit, atro-
„ cissimam injuriarum exercere ulti-
„ onem; immo truculentissimam ulti-

onis

Suboritur exinde murmur, et seditionis fit inter Proceres tumultus: ajunt enim. „ En quod
„ verebamur accidit! raro Corvus corvum exocu-
„ lat: raro frater fratrem stirpitus exterminat:
„ Nostrum hic agitur discrimen! nostrum eviden-

tissime

Digitized by Google

„ onis Tirannidem. Geminus profecto „ Nobis hostis imminet: Mesco propter suas, Kazimirus propter Fratris injurias: Quid ergo? certe sarculo amputare convenit ejusdem „ surculos propaginis! frustra enim „ extirpatur carduus interius socia „ manente radice.„

Intellecto autem Kazimirus tam discriminosae seditionis exitum ad se devolvi, asserit „non animo restituendi Fratrem haec a se dicta, sed „ studio experiendi animos ipsorum, „ acceptissimamque sibi esse eorum „ erga Se constantiam.„

At

„ tissime periculum! Hujus enim restitutio, nostrum est exterminium: qui non differet cum „ tempus acceperit, atrocissimam injuriarum exercere ultionem: Quid ergo? eodem certe sarculo amputare convenit ejusdem surculi propagines! Frustra enim exstirpatur Carduus socia interius manente radice.„

Intellecto autem Kazimirus tam discriminose seditionis exitum ad se devolvi, asserit, „non animo restituendi Fratrem haec a se „ dicta, sed studio experiendi animos ipsorum; „ acceptissimam esse eorum sibi erga Se constantiam.„

At

At vero Mesco ad Jmperatoria convertitur suffragia, querulose coram Jmperatoris Frederici Senatu deplangit „ Nullo actore, nullo Judice, nullis „ attestationibus aut instrumentorum „ amminiculis, non citatum, non convictum, non confessum, exui Primogenituraе privilegio, Principatus „ destitui prerogativa, Patrimonii denique possessione per vim excuti „ et arceri! Cui non Juris allegatio, „ non dicendi acrimonia, non amicorum interventus, non precum instantia, non sponsionum fides patrocinari potuit.

Ka-

At vero Meszeo ad Jmperatoria convertitur suffragia Frederici, sed cum ibi nil prorsus proficeret, tale sibimet reperit consilium. Cuidam enim suorum quondam quaestorum per Maritima vectigalium, filiam Matrimonio copulat, cujus ope non obsequelam quidem sed amicitiam et favorem Maritimorum assequitur. Horum fiducia cum aliquibus armatorum noctu subrepit Metropolim, dilueulo circumsilit, expugnat, victor ingreditur, omnesque Patrimoniales munitiones recuperat, fratre Kazimiro occultiorem illi recuperandi opportunitatem suggerente.

Quia

Digitized by Google

Kazimiri (licet absentis) virtutibus in contrarium allegantibus „ Nam nec „ Polonis eligendi Principem posse „ adimi potestatem: quia nihil interest inutilem habeant an nullum: „ neque Kazimirum sola virtutum invidia, debere defungi Principatu „ Jmperatorius apex sententiat.

Sic Mesco unde speraverat solatium, retulit infortunium: Qui nondum sui penitus oblitus, et si minus honestum, salutare tamen reperit consilium. Cuidam enim suorum (quondam Questori per maritima vectigalium) Filiam Matrimonio copulat, cujus ope, non obsequelam quidem, sed amicitiam ac favorem Maritimorum assequitur. Horum fiducia cum aliquantulis armatorum noctu subrepit Metropolim, diluculo circumsilit, expugnat, victor ingreditur: qua

---

Quia vero minorum accessu spes majorum sepe concipitur, accidit Jlli animus Principatum repetendi, diuque inter ipsos nunc verbis nunc armis altercatur: sed Meszco longe viribus inferior plus ingenio quam arte contenderat ac dolo.

Kazi-

Digitized by Google

presidiata, omnes Patrimoniales, quam breviuscule, munitiones eadem pene facilitate, quam perdiderat, recuperat: Fratre, ut ajunt, occultiorem Jlli recuperandi opportunitatem suggerente.

Quia vero minorum successu spes majorum sepe concipitur: superprurit Jlli animus Principatum repetendi: denique inter Jpsos nunc verbis, nunc armis altercatur: sed Mesco longe viribus inferior plus ingenio plus arte contendit: nam quotiens intensius arma videt imminere, jurat Patrimonium sibi sufficere, dejerat Principatum. Cum autem arcus belli remittitur, ait coacta Juramenta robur non habere. Jnterdum illa utitur industria de qua in Libistica Demoscenis parabola legitur.

Lupi cum Pastoribus de inimicitiis jurgantur, ad quos Pastores „Cur „ nobis molesti estis?„ dicunt lupi „ quia cum inimicis Nostris faedus „ pepegistis: si ergo de pacis perpe„ tuitate nobiscum pacisci vultis, ho„ stes nostros id est Canes abigite„ similiter cum canibus paciscuntur ut ab hostibus scilicet Pastoribus abscedant,

Digitized by Google

dant, pacem cum ipsis habituri: quo facto in strage gregis liberius debacchantur.

Ait itaque Mesco ad Fratrem „Nescis Vladislaidem Boleslaum hostem „ nobis communem? hic enim Nostram Lemmanis venundare gestit „ libertatem, quatenus aliorum tributis suam aliquantisper apud Jllos „ alleviet servitutem. Hic semper nostro insidiatur calcaneo, tum ut Paternarum a nobis injuriarum exigat „ ultionem, tum ut nobis radicitus „ evulsis vacantem (quod absit) Solus „ occupet Principatum: hinc est quod „ cautius inter Nos, aut seminat discordias, aut seminatarum fovet incentivum. Hunc igitur si deseris, „ cedo querelae, ac omni Primogeniturae Juri omnino renuntio.

Quem cum Kazimiri repudiat credulitas: astus Mesconis Lemmanorum Princeps mox in amicitiarum sibi Jura compaginat: Hujus consilio Filium, gratiae restituit, Lemmanorum Principes, ac Procerum precipuos rursus circumvolat, per quos ab Jmperatore venia contra

Kazimirum impetrata, plurimos sibi conciliat, et in Fratris corrogat excidium. Quorum primi dum ineminentiore cujusdam Aulae suggestu de Kazimiri exterminio delibe rant, et conjurant, omnem Jllis consultandi seu nocendi facultatem repentinus amputat interitus. Aulanamque licet roboris perpetui nulla vi nullo turbine impacta, sed occulto Numinis Judicio repente convulsa, pene omnes obterit quosdam exanimat. Sic inimicorum Ejus animositas emarcuit.

Nec mirum! cum Ejus innocentiam eodem fere miraculo Dominus clarescere voluit, quo Matris partum dedicavit. Romani siquidem ad propagandam Suae gloriae perpetuitatem quoddamTemplum honore Apollinis extruxerant, non minus admirabile artificio quam robore: de quo consulentibus Oraculum quam diu permaneret seu stare debeat? respondetur „ donec Virgo pariat„ et hoc arbitrantes in perpetuum obtingere non posse (ut pote de natura impossibile) vocant illud Templum Apollinis „Eter„num„ sed eo momento quo Beata Virgo

go peperit, aeternitatis Jlla fabrica ultro collapsa est et redacta in cinerem.

Vides igitur Kazimire! quot Creatori quot Ejus Matri debeas, Qui Te non tam defensare quam irradiare tanto dignati sunt miraculo!

Non minus tamen invicti robur Culminis subnervare nititur emulatio: Ejusdem namque arte ingenii, fidelissimorum Jlli latera subducuntur, qua Boleslaus paulo ante desciverat: ex alieno etenim infortunio aemuli Ejus propriae fortunae aucupantur auspicia. Eger siquidem immo egrotativus erat Masoviae Princeps Lesthko, sed probata suorum strenuitate robustissimus: quibus ut estimant subductis, modicillum roboris superesse Kazimiro: ajunt ergo „inter Jpsum et Fra„ trem intemeratissimum faederis pi„ gnus reperisse, unicam duntaxat Fra„ tri non abnuat Campestrium Provin„ ciolam, quae Lesthkone decendente „ agnationis ratione Jlli competeret; „ (Lestkonis enim erat) cujus languo„ rem non Principatus deinceps dece„ at, sed miserioris qualecunque vitae

sola-

„ solatium: hoc pacto iniisse universae
„ jurant finem controversiae; Caete-
„ rum Kazimirus deliberatoriis re-
„ sponsum induciis suspendit.„

Jnterim Jlli Lestkonis Procuratorem ac Militiae Principem, cujus prudentia totus Jllius regebatur Principatus, secreta collocutione conveniunt, rem quasi ratam a Kazimiro haberi detegunt, mentiuntur Kazimirum aegrotantis nepotis possessione faedera Fratris mercari „delibera inquiunt, „ quid eligas? nam si consentis (quod „ absit) conditione Pupilli contra jus „ deteriore facta, Te ipsum ipso jure „ a tutela submoves: sin autem re- „ nuis inextricabili hostilitatis labirin- „ tho Te apud Kazimirum involvis? „ nam Mesco tam iniqua horret ta- „ xare commercia: cujus, si sapis, pa- „ trocinio tutus eris de utroque.„

Igitur Lestko suasu Procuratoris cum universitate sui Principatus in Patrocinia Mesconis transmigrat, et Mesconidem (permirae tam industriae quam elegantiae Juvenem) Mesconem sui Successorem Principatus testamento instituit.

Sed

Sed Juvenis quasi expectationis victus taedio, et sui Juris impatiens, Principem sese mox gerere cepit, quod Lestko licet eger, egre ferens ad Kazimiri pedes penitentia reductus, pronus advolvitur „ Paeccavi in- „ quiens Pater, in Caelum, et coram „ Te! nec sum dignus vocari filius „ Tuus! fac me sicut unum ex mer- „ cenariis Tuis! „ Quem Princeps humanissimus cum lachrymis exosculans excessum defectionis ignoscit *nam et mulier, ut ait Lex; brevi reversa non creditur divertisse.* Tum Lestko Paterni religionem Testamenti pia veneratione confirmans, propriae quoque Testationis robur adjecit, qua Kazimirum ex integro sibi successurum pronuntiat.

Quod supremae voluntatis arbitrium die supremo conclusit. Unde nimirum priore testamento nihil egisse visus est, quia prius legatum virtute posterioris expirat. *Nec enim creditur consensus nisi duret consensus.*

Sic Fratrum non sopita sed aliquantulum interpolata discordia „ hostem

Digitized by Google

„ tem naturae asserens otii torporem„ ad exteriora sese applicat virtus Kazimiri, Patriae dedignata limitari ergastulo. Qui Russiam ingressus primam Brestensium Urbem aggreditur, tam viris quam arte ac loci situ munitissimam, obsidionum undique arctat angustiis: quam Sororis suae Primogenito a Fratribus per errorem ejecto restituere instituit. Matre ob clandestinas odii causas Filium non esse mentiente, sed prolis desperatione suppositum. Quae res et si veritati praejudicium non pariat, apud plurimos tamen Ejus opinionem gravare visa est. Unde Cives

---

Kazimirus quoque Russiam ingressus Urbem Brestensium munitissimam acquirit. Advolat interim quidam velitum *idest Cursorum* qui non pauca hostis agmina non prenuntiat quidem, sed cominus *idest prope* imminere, indice demonstrat. Adest namque Dux Wszewoldus Dux Belsiae cum Principibus Laodomiriensibus, cum Galliciensium Precipuis, cum electis Tybianeorum turmis, cum Parthorum millibus: quorum occursu mox belli classicum intonare jubet Kazimirus, arma capessat, bucephalo impiger insilit, in hostem non suspicatum intrepidus ac improvidus progreditur, suis interim undique passim dispersis.

Stu.

Digitized by Google

ves „indignum asserentes quendam „ spurium Principibus debere prin- „ cipari„ acerrime rebellantur.

Sed et Exercitum Duces plurimum in Jllo scandalizantur, cujus occasione seditionis fremitus constrepuit, et in Sacri Palatii Principem (summae virtutis virum) Nicolaum attollitur „in- „ dignati enim ejus vesania non Con- „ silio Tanti Majestatem Principis in „ id insipientiae desipuisse, ut Man- „ zeri cujusdam causam contra Fi- „ lios non Nepotes elegerit assume- „ re; ut vilis lucelli gratia, Tantam „ Lechitarum gloriam tam discrimi- „ nosis, tam sordidis prostituerit com- „ merciis!„ nec defuerunt qui pertinacissime astruant Jllum cum hostibus de prodendo exercitu pepegisse. At vero Vir Fortis ac Jndustrius, Jllorum dicta prudenter extenuat, quaedam equanimius toleratur, nonnulla dissimulat, ne seditionarius magis videatur, quam communis Coadjutor propositi.

Advolat interea quidam velitum, qui non pauca hostium agmina, non prenunciat quidem, sed cominus immi-

Digitized by Google

minere indice demonstrat. Adest namque Dux Belzie Wsewlodus cum Principibus Laodimiriensium ac Gallicienſium precipuis, cum electis Tibianeorum turmis, cum Parthorum milibus, Urbis subsidio.

Videre videor prominentium nemus lancearum! Jlla Barbaricarum peltarum insignia! illam amorum rutilantiam! ornatissimasque agminum Acies! adeoque modestos, adeo tranquillos acierum processus, ut immobiliter moveri videantur, quatenus Castris obsidentium sensim irrumpant, aut instructiore prelii disciplina gloriam victoriae nanciscantur.

Quorum occursui mox belli classicum intonare jubet Kazimirus, arma capessat, bucephalo impiger insilit, in hostem non supicatum intrepidus ac impavidus progreditur, suorum quibusdam obsidionis studio intentis, nonnullis in Urbis exploratione occupatis, aliis ex aliis causis passim undique dispersis.

Stupenda prorsus aùdacia! ne dixerim temeritas! in manu tam perpaucula, suis pene omnibus ignaris, cum

Digitized by Google

cum tot hostium millibus pene Solus congredi non formidat! tum Parthicarum nimbi sagittarum grandine densius horrentibus undique stridoribus occurant „ non difficulter inquit, Socii „ vesparum examina dissipat Vespa„ dius! immo solus grifaleonis aspe„ ctus imbelles miserunculorum tur„ mas diventilat „ stridentis igitur instar fulminis prima Partis adversae acie fusa, muros armorum ferreos cuspide transterebrat, ense dissecat, hostes quasi agri fenum humi prosternit. O rem

---

Stupenda prorsus audacia! in manu tam perpaucula, suis pene omnibus ignaris, illud preminentium nemus lancearum, illa barbarica peltarum insignia, illam armorum rutilantiam, illas ordinatissimas agminum acies, cum tot hostium millibus pene solus congredi non formidat; Instar igitur fulminis prima acie partis adversae fusa, armorum ferreos cuspides transterebrat, ense dissecat, hostes quasi agri fenum humi prosternit. O rem non minus fidei quam stuporis plenam! Non Illum tantus robustorum impetus obruit! non tot mucronum acies transverberat; non tam densa telorum spicula configunt! non tam robustorum vires obruunt! imo hostes dente transvolat fulmineo; qui non victus nec vincendo

Digitized by Google

O!rem non minus fidei quam stuporis plenam! non Illum tam robustorum impetus obruit, non tanta incurrentium moles obterit, non tot mucronum acies transverberant, non tam densa telorum spicula configunt, non torquentium pressura torcularium exanimat! sed frendenti nefrondo persimilimus, quos canum assequitur, quos quasi propria rabies impellit, dente transvolat fulmineo. Qui non victus nec vincendo fatigatus, frementes in se fluctus, hos excipit, illos modo scopuli retundit et obterit: cujus allisione omnis procellarum rugitus, omne piraticum robur colliquitur. Quippe

Vincit conflictu lapidis olla suo cadit ictu
Petra stat invicta, feriens ferit olla que victa
Quae cum rupe gerit praelia testa perit.

Tum

do fatigatus, frementes in se fluctus, hos excipit, illos modo scopuli retundit et obterit, cujus allisione omnis procellarum rugitus, omne piraticum robur colliquescit. *Quippe versus.*

Vincit conflictu lapis, olla suo cadit ictu
Quo icta petra stat invicta
Quae cum rupe gerit, prelia testa perit.

Et

Digitized by Google

Tum demum longius perstrepente belli discrimine successim accelerant Kazimiridae, propriae Sidus gloriae quasi jam extinctum lugent; qui victricis viso Aquilae signo, per medias cadaverum strages gratulabundi penetrant, tantoque pervictoriosius instant, quanto gloriosius conspicantur Principem triumphasse: adeo ut de tot millibus hostium vix Pegasi agilitate Solus Illorum Princeps evasit. Omnes autem satur cruoris gladius absorbuit, aut innundatior fugientes undarum torrens involvit, aut Victor supplicantes vinculis mancipavit. Juxta pronosticum Auguris ipsorum, qui pri-

---

Et longe autem perstrepente belli discrimine successive accelerant Kazimiridae, propriae Sydus Gloriae quasi jam extinctum lugent. Qui viso victricis aquilae signo per medias cadaverum strages gratulabundi penetrant, tantoque victoriosius instant quanto gloriosius conspicantur Principem triumphasse, adeo ut tot millibus hostium prostratis, vix pedum agilitate solus Illorum Princeps evasit: omnes autem aut cruoris gladius satur absorbuit, aut fugientes undarum torrens involvit, aut victor supplicantes vinculis mancipavit. Sic

pridie quam bellum est ingressum, super belli exitu ab Eis consultus „lugubre fore portendi exilium in extis „fisiculantibus fuerat auguratus„ quod Illi hostibus portendi non sibi arbitrantes in id discriminis prolabuntur.

Eodem nimirum ariolandi scelere quia Saul Samuelem a Pithonissa resuscitatum consulerat, Israel inclyti et arma bellica in montibus Gelboe ceciderunt.

Sic tam Urbe potitus quam Victoria, Quem proposuerat Principem instituit: sed modico tempusculi interjectu Princeps institutus veneno a suis propinato extinguitur. Extunc Provincia Fratri ejus Duci Laudimiriae Romano, ratione obsequelae indulgetur a Kazimiro. Quem

---

Sic itaque tam Urbe potitus quam victoria, Sororis primogenitum a fratribus per errorem ejectum Principem restituit. Sed modico temporis interjectu Princeps institutus veneno a Suis propinato extinguitur: exulisque Provincia Fratri ejus Duci Lodomeriae Romano ratione obsequelae indulgetur a Kazimiro: quem ob meritorum insignia Regno Galliciae Kazimiri Liberalitas insignit, Rege ejus Ladimirio in exilium profligato.

Qui

Digitized by Google

Quem ob meritorum insignia Regno quoque Gallicíensium Kazimiri liberalitas insignit; Rege ipsorum Laodimiro in exilium profligato. Quia Bela Pannonorum Rege restitutionis implorat auxilium. Jllico Rex, non tam Exulantis commiseratione quam Regni ambitu, Regem substitutum scilicet Romanum propulsat: Regnum occupat: Filium instituit: Exulem, ne sit impedimento, vinctum ergastulo includit. Qui edituorum custodela muneribus illecta, clanculo tandem elabitur, et vix demum per plurima jactatus laborum dispendia, in ipso confragosioris vitae periculo, ubi sirtes verebatur, portum salutis reperit: unde conceptus est languor inde languoris invenit remedium.

Hic

Qui Ladimirus a Bela Rege Pannonorum *idest Ungarorum* restitutionis implorat subsidium. Jllico Rex non tam exulanti commiserans quam Regni ambitu flagrans, Regem substitutum propulsat, Regnum occupat, filium proprium instituit, exulemque ne filio suo sit impedimento, vinctum ergastulo includit. Qui edituorum custodia muneribus illecta clanculo tandem elabitur.

Hic

Digitized by Google

Hic siquidem quodam temeritatis impetu limites Kazimiri cum latrunculis quondam irrepserat, et raptas Illustrium faeminas in transultima Barbarorum exterminia jure predocinii distraxerat. Defloratos taceo Virginum flosculos, quosdam etiam immaturos! prostratam sileo Matronarum pudicitiam! Sanctuarium profanatum! Sacrificii Ministros, inters Sacra, in Sacris institis a cornu altaris prostratos! Sacerrimi fedatam Religionem temporis! immo Reginae Caelorum irreverentissime calcatam reverentiam! Cujus tanquam in ignominiam Sacro Assumptionis Die tam execrabile flagitium sacrilega non horruit impietas!

Quam

Hic post modum quodam temeritatis impetu limites Kazimiri cum latrunculis irrepserat, et raptas Illustrium faeminas in transultimas barbarorum transtulit Regiones. Defloratos taceo virginum flosculos! quosdam immaturos: prostratam sileo Matronarum pudicitiam! Sacrarium profanatum! Sacrificii ministros inter Sacra sacris infulis ornatos a cornu altaris protractos! Sacerrimi temporis facdatam religionem! imo Reginae Caelorum irreverentissime calcatam venerationem, cujus tanquam in ignominiam, Sacro assumptionis

Digitized by Google

Quam ob causam Idem sceleris Auctor in exilium est a Kazimiro actus: Non injuria igitur severiorem Ejus indignationem trepidare debuit, cujus Majestatem ausu tam temerario impegit. Quia tamen ad piissimum Kazimiri numen, supplex confugit, desperatae licet veniae successus Illi non defuit: non solum enim temeritatis indultionem, sed et consolatricis beneficium gratiae apud Sacrum Principis Oraculum assequitur.

A Principali igitur Serenitate missus Palatii Princeps Nicolaus Ille famosissimus, et Filium Regis (quod cunctis videbatur Orientalibus impos-

si-

---

nis die tam execrabile flagitium Sacrilega non horruit impietas! Quam obrem idem Sceleris author in exilium est a Kazimiro actus.

Non injuria igitur severiorem indignationem Ejus trepidare debuit, cujus majestatem ausu tam temerario impedit: quia enim ad piissimum Kazimiri Numen supplex confugit, desperatae licet veniae successus illi non defuit: non solum et temeritatis indultionem sed et gratiam *seu gratiae beneficium* apud Sacrum Principis Oraculum assequitur. Ab Ejus namque Serenitate missus Palatii Princeps Nicolaus Ille famosissimus! et filium Regis Ungariae (quod cunctis vide-

Digitized by Google

sibile) cum omnibus Pannonorum pompis ac potestatibus potenter eradicat, et Exulem Regno restituit.

Sic manus Huic eadem vulnus opemque tulit.

undé cuncta orientalium Regna tantus horror concussit, ut omnes ad Kazimiri nutum plus quam tremuli folium contremiscerent.

Porro tam superexcellentis gloria Tituli, quantum Comiti gratiae concipit, tantum peperit invidiae. Quidam enim quod in se virtutis assequi nequeunt, in aliis insectantur. Adeoque infremuit olim conceptae seditionis virus, ut LXX. Satrapae in hujus Columnae conjuraverunt excidium: cujus quasi cujusdam Solis occasu, suas extimant umbras posse clarescere: in Quem ne gratis ne sine causa factionare

---

videbatur orientalibus impossibile) cum omnibus Pannoniorum copiis pompis ac potestatibus potenter eradicat, et exulem illum Regno restituit. *Sic manus Hujus eadem vulnus opemque tulit.* Unde cuncta Orientalium Regna tantus horror concussit, ut omnes Kazimiri nutum plusquam tremuli folium contremiscerent.

Ladi-

Digitized by Google

nare viderentur, cum nec veras nec similes habeant rationes, quasdam nugaces sparsim (non causam) ut causam aggerunt ineptias. Allegant „per Ipsum „ omne hujus Regni decus pessundatum, omne Decoris firmamentum „ enervatum: asserunt Regis Pannoniorum faedere soluto prorsus hujus „ Regni securitatem expirasse: ajunt „ Galliciensis hostis restitutione omnem Lechitarum gloriam declinasse, „ Quem potius deberet patibulo suffigi, quam Regno sublimari: addunt Illius fastum arrogantiae a nemine ferri debere, Qui Senatus non „ inspecta reverentia, Qui Celsiorum non

---

Ladimirio igitur Regno Galliciae restituto Proceres Polonorum magno indignati sunt adversus Kazimirum furore, eo videlicet, quod tantum nefas, tantum flagitiae Idem Poloniae intulerat, non erat ultum in eo. Ob quam causam contra Kazimirum conspirant „ ajunt Galicensis „ hostis restitutione omnem Lehitarum gloriam „ declinasse! quem potius deceret patibulo suffigi quam Regno sublimari: asserunt soluto „ prorsus Regis Pannoniorum faedere, hujus „ Regni securitatem expirasse „ quod cum viribus contra Kazimirum nequeunt, dolo peragere instituunt.

Ipso

„ non tam superata quam suppressa „ Celsitudine et dejecta, suam Caelo„ tenus efferre contumaciam minime „ erubescat„ caeterum spectata Jllius erga Rempublicam diligentia, experta fidei constantia, probatissima strenuitas, et omnibus non incognita innocentiae virtus, omnia Jllorum figmenta in auras exsuflant, solo utpote fremitu invidiae conflata, neo aliquo probabilitatis pondere subnixa. Nihilominus in Quem viribus nequeunt, dolo peragere instituunt: noverant enim stante Kazimiro Jllum cadere non posse.

Unde subtilius aggressi propositum, clam in Kazimirum proditione Con-

---

Jpso denique remotioribus occupationibus intento nece interemptum fingunt, necis causas simulant, pro Duce Meszcone transmittunt, cito Eum advolare suggerunt. Quo repente veniente traditur Civitas Cracoviensis, proditorium flagitium perpetratur, produntur municipia, Fasces Prefecturas Tribunatus, Consulare decus ac Senatorias dignitates, omnesque Magistratuum potestates, proditionalia monstra usurpant: Venerabili Cracoviensium Antistite Domino Fulcone solo pro viribus resistente, sed non proficiente.

At

conspirata., Ipsum conspirationis Caput, Cracoviensium Presidem, sub quadam defectionis occasione ad Mesconem transmigrare jubent, aptum proditionis tempus cautius aucupantes. Itaque remotioribus Principe occupationibus intento, nece interemptum fingunt, varias necis causas simulantur, cum Mescone Presidem advolare suggerunt, Urbem amicis exhaustam Kazimiri occupare intendunt; cujus Presidium Venerabilis Cracoviensium Antistes Fulco cum paucis amicissimorum anticipat, quo perconstantissime rebellante, proditorium tandem flagitium perpetratur, traditur Civitas, produntur municipia, Fasces Prefecturas Tribunatus Consulare decus ac Senatorias dignitates omnesque Magistratuum Potestates, proditionalia monstra usurpant.

At vero Sydus quod occidisse mentiti sunt, ea tempestatis caligine rutilantius emicuit! nam etsi Vir fortis quandoque langueat viribus, nunquam tabescit virtute: duabus etenim (scilicet Romano et ejus Fratre) ab Oriente accitis Aquilis, edaces vultures

Ka-

Kazimirus et Corvos abigit perfidiae. Audito siquidem Kazimirum revixisse, immo cum Duce Laodimiriae Romano, et Principe Belsie Wsewoldo cominus imminere, noctis compendio fugam ineunt Mesconidae: quibus invicti Boemorum Ducis Conradi copias occurrere fama crebro intentans, nonnihil formidinis incusserat. (Hic enim Tantus ac tantae virtutis Princeps fuit, ut Ejus nutu Romani cardo verteretur Jmperii, utpote Quem victoriosus Romanorum Jmperator in atrocissimum Dominici sepulchri hostem Saladinum proficiscens, Jmperialis Coadjutorem Celsitudinis Filio suo Regi Henrico, praecaeteris Principibus, de-

---

At vero Sydus quod occidisse mentiti sunt, ea tempestatis caligine rutilantius emicuit: Duabus etenim ab oriente acitis aquilis, scilicet Duce Romano et Fratre ejus, edaces arcet vultures Kazimirus, et Corvos perfidiae abigit. Audito siquidem Kazimirum revixisse, imo cum Duce Ladimiriae Romano et Principe Belscie Wszewoldo cominus imminere, noctis compendio fugam inere Meszkonidae: Kazimirus vero Cracoviam intrepidus adit, quam, eo quo obsidionibus cingit momento occupat.

Quidam

Digitized by Google

putaverit. Qui cum esset Frater jugalis Kazimiri, nullo pacto Amicissimorum intimi aut negligere aut dissimulare potuit injurias) quo tamen pernecessariis Jmperii detentionibus perplexo, nec fictas nectente moras, Kazimirus Cracoviam intrepidus adiit, quam eo, quo obsidionibus cingit momento, recuperat.

Non vides evidentissimam Kazimire Numinis Presentiam! En Urbem tot electorum tuentur Presidia! omnibus adminiculorum studiis instructissimam, omni copiarum inundatione uberrimam, omnes roboris exercitatissimi, omnes Conjurati, omnes animositate fredentes, omnes unanimiter in necem proni, omnes una in Kazimiri perniciem armati! auget Jllis robur hinc Mesconides presidiorum Princeps, inde Consiliorum Jlle artifex Urbis Prefectus! stimulat illum Regni ambitus, armat istos pugio malitiae, omnibus rebellandi suggerit animum penes Kazimirum veniae desperatio!

Tum

Tum vero lixarum quidam, qui quodam levitatis exercitio ex Castris obsidionum evolans, vallum transiluit, aggerem superat, muroque annixus fumigantem exerit titiunculam, Urbis imitatur incendium. Subito ingens ab excubiis clamor attollitur vociferantibus undique „ Urbem flagrare incendio!

Ubi nunc illa O Viri strenuitas? ubi tam nuper fervens animositas? ubi plusquam Leonum illa frendens atrocitas? omnes repente attoniti, omnes tanquam fulminis ictu percussi, tanquam flammarum densissima involuti caligine, cum nihil omnino agatur periculi, ultro in manus hostium e muris precipites jactantur: nonnulli valvis

---

Quidam namque lixarum quasi quodam levitatis exercitio, castris obsidionum evolans, vallum transilit, aggerem superat, muroque annexus fumigantem exerit titiunculum urbis imitatur incendium. Subito ingens ab excubiis clamor attollitur, vociferantibus undique Urbem flagrare incendio: omnes repente attoniti, omnes tanquam fulminis ictu percussi, ultro in manus hostium e muris jactantur precipites, nonnulli valvis patulis passim in vincula consiliunt.

Ille

Digitized by Google

vis patulis passim in vincula prosiliunt: Ingeniosus Ille artis Magister e Basilica in quam sese tremebundus conjecerat semianimis protrahitur, aquilarum aviditati exponitur, quarum unguibus in Russiam, indè in Pannoniam per miseras exilii vices defertur. Quod Sanctissimus olim Gethico spiritu predixerat Prophetico „ Alio- „ quin inquit, absportabere! sicut „ gallus gallinaceus qui nidi matrem „ arcet a nido pullos fovens alienos. „

Nam Nepotem cum omnium suorum universitate captivitati emancipat, commeatibus instruit, Fratri quasi peculiare munus remittit. Urbe ac municipiis quae Frater occupaverat receptis.

Plu-

Ille autem qui hujus mali principalis Magister existerat, e Basilica in quam sese tremebundus conjecerat semivivus protrahitur, aquilarum aviditati exponitur, quarum unguibus in Russiam inde Pannoniam per miseras exilii vices quasi gallinaceus asportatur.

Sed et Nepotem cum omni suorum numerositate captivitati emancipat, commeatibus instruit, Fratrique peculiare munus remittit, Urbe et Municipiis quae Frater occupaverat receptis.

Sic

Digitized by Google

Plurimum vero liberandis profuit Viri Clarissimi oratio, Perinsignis Petri Archipontificis. Cum enim omnibus pene fixa staret sententia vel exiliis distrahi, vel ergastulis captivos debere includi, aut exquisitis exponi suppliciis ac certe omnino tolli seditionum seminaria? „Non sic: inquit „Petrus, Filioli! non sic, iniquum „enim est ut Jura pietatis impia vendicet severitas, presertim cum sit „honestior beneficii exhibitio, quam „ultionis occasio. Audiré queso liceat preclara hujusce honestatis insignia!„

„Victoriosus Rex Epirotarum Pyrrhus, victis Romanis ducentos captivos milites gratis Romam remisit, ut cognita virtute Viri liberalitatem ejus agnoscerent.„

Ma-

Sic ergo Kazimirus Regno suo reformato omnes Captivos cum omni suorum incolumitate remittit. Quae res Meszkonis animum tanto deinceps erga Fratrem amore devinxit, ut omnium omnino injuriarum oblitus, Fraternis gratulanter confoveret amplexibus.

Hujus

Digitized by Google

„ Magnus Alexander cum Rege „ Poro congreditur, vincit, Porus „ capitur: qui victum se adeo doluit, „ ut cum veniam ab hoste accepisset, „ nec cibum sumere voluit, nec vul„ nere curari passus est; Quem Ale„ xander ob virtutis honorem in Re„ gnum incolumem remisit: decet „ enim ut Vir fortis et animositate „ vigeat et pietate non langueat.„

„ Heracliensium quoque non mi„ nor pietas fuit, quorum agros dum „ advecti navibus Athenienses popu„ lantur, omnes naves repentino tem„ pestatis turbine dispereunt: itaque „ cum nec mari nec terra cum tam „ pauca manu reverti possent, Hera„ clienses eos cum vincire, aut extin„ guere omnino potuissent, communi„ tos beneficiis adminiculorum remit„ tunt, ut quos habuerant hostes, red„ derent amicos.„

„ Sed non sapit forsitan vestro „ palato silvestris labrusca et gentili„ tatis acerbitas? insipidum tamen „ esse nequit Sancti exemplum Heli„ zei. Rex namque Syriae sepe in „ conclavi secreto disponebat contra

Digitized by Google

„ Regem Jsrael, quod Hebreus per
„ Spiritum Domini videns revelabat
„ Regi Jsrael: sic eo docente capti
„ sunt multi exploratores. Quo Rex
„ Syriae cognito, iratus, misit exer-
„ citum ad obsidendam Dotanim Ci-
„ vitatem in qua habitabat Helizeus,
„ ut captus adduceretur. Mane igitur
„ facto, Puer Helizei (filius, ut qui-
„ busdam placet Sunamitis quem su-
„ scitaverat) videns milites circa Ci-
„ vitatem, stupidus venit ad Helizeum
„ dicens „ *Pater obsessa est Civitas a*
„ *Siris!* „ cui Heliseus „ *noli timere*
„ *quia plures nobiscum sunt*, „ et Puer
„ *nequaquam Domine!* tunc oravit
„ Helizeus ad Dominum ut aperiat
„ oculos Puéri: quo orante vidit puer
„ currus ignitos et milites in monti-
„ bus multo plures quam essent Syri,
„ et ait *vera sunt Domine quae dicis.*
„ Iterum oravit Helizeus ut hostes
„ caecitate Dominus percuteret, non
„ ut non viderent, sed quadam insen-
„ sibilitatis specie, quae dicitur aeri-
„ sia sive adorchia (qua percussi sunt
„ Sodomitae Angelis hospitibus apud
„ Loth). Ad quos egressus Helizeus di-
xit,

Digitized by Google

„ xit, *quem quæritis*? et Illi non co-
„ gnoscentes Eum dixerunt *nihil ali-*
„ *ud nisi Helizeum.* et Ille *sequimini*
„ *me et invenietis Eum*: illi autem
„ sequentes venerunt Samariam, qui
„ cum essent in medio Civitatis, nec
„ cognoscerent ubi essent, orabat
„ rursus Helisæus, ut aperirentur
„ oculi eorum: et videntes se in medio
„ Civitatis inter hostes, valde timu-
„ erunt. Dixit ergo Joram Rex Israel
„ ad Prophetam, *interficiemus eos:*
„ qui ait *nequaquam! non enim Tu*
„ *adduxisti Eos in arcu et gladio,*
„ *sed Dominus in Potentia sua: im-*
„ *mo detur eis ad comedendum et*
„ *remittantur*, quod et factum est eis.„

„ Vestros quoque captivos non absi-
„mili caecitatis caligine Dominus invol-
„vit illachrymante plusquam Prophesa
„ cum omni Ecclesiae suae destitione
„ Sacro Cracoviensium Antistite! quis
„ enim, nisi caecus evidenter Istorum
„ caecitatem non videret? quibus
„ illic flagrare visa sunt incendia, ubi
„ nulla prorsus erant incendiorum ve-
„ stigia. Eorum ergo captivitas Divini

Digitized by Google

„ muneris est, non Vestrae humanae
„ virtutis! Ideoque Pium Divinitatis
„ munus pietate repremiari convenit,
„ non cruenta impietatis ultione! „

Omnes itaque cum omni suorum incolumitate Kazimirus remittit, quae res Mesconis animum tanto deinceps erga Fratrem amore devinxit ut omnium omnino invidiarium oblitus Fraternis congratularetur amplexibus.

Vidit enim Vincentius, qui scripsit haec, et scimus quia verum est testimonium Ejus. Non credula solum et fidissima inter Illos invicem Colloquia, sed jocunda ac precordialissimae plena dilectionis conviviorum Solempnia.

Digitized by Google

ANNEXA

Fuit autem hujus Auctor concordiae ac stimulus, immo aurea cathena Vir omnium virtutum, omnis scientiae omnis Sapientiae quadratus industria! omni morum venustate conspicuus, non minus Prosapiae quam animi generositate perinsignis! Idem Petrus Archipontifex: Cujus si me rupero merita dictis non assequar. quippe.

Aplanon axe tero, scribens Cato parvus Homero,
Est petra namque Petri, celsior arte metri.
Psallant centimetro tot vatum saecula Petro,
Claudicat omne metrum, non capit omne Petrum.
Vis bene nosse Virum, Caeli circumspice girum,
Dispice quosque Solo, Solus hic absque dolo.
Nectare fons plenus, Sol Sidere blandus amaenus,
Sidere nectareus, nectare sidereus.
Non bene Te noscis bona si qua forinseca poscis!
Omnibus omnifluo dives in Orbe Tuo.
Te Genus extollit, beat Ordo, potentia ditat!
Nobilius virtus Te Tua nobilitat.

Regis

Hujus autem concordiae funiculus, imo aurea catena, septens omnium virtutum, sapientiae quadratus industria, omni morum venustates

Digitized by Google

Regis quoque Pannoniorum faedera Idem, qui eadem dissoluisse arguebatur Palatii Princeps Nicolaus, cum sepe memorato Cracoviensium Presule Fulcone ad perfectum redintegrant, juxta Sanctorum instituta; Regis videlicet Beati Stephani, et Sanctissimi Polonorum Patroni Adalberti „ communiter debere coli utriusque „ Regni amicitias, communiter alteriusque hostilitates insectari, communes fore prosperitatum successus, „ et dirimentes necessitatum succursus. „

DE

state conspicuus, fuit Auctor Petrus Archipontifex perinsignis! Viditenim Vincentius Kadlubconis Cracoviensium Episcopus qui scripsit hoc: et scimus quia verum est testimonium ejus.

Regis quoque Pannoniorum faedera Princeps Palatii prefatus Comes Nicolaus cum Fulcone Cracoviensium Episcopo ad perfectum redintegrat: juxta Sanctorum instituta (Regis videlicet Beati Stephani, et Sanctissimi Polonorum Patroni scilicet Beati Adalberti) „ communiter debere coli utriusque Regni amicitias: communiter alterus trius hostilitates insectari: communes fore prosperitatum successus, indirimentes necessitatum succursus. „

Compos

DE PRINCIPATU LESCONIS ALBI.

Compos itaque Regni, certus amicorum, sed incertus amicitiarum, Gethicos magnanimiter sudores aggreditur: quorum Contiguis pernimium afflictis, et per creberrima vix adactis praelia, in Pollexianorum cervicosam feritatem animosius accingitur, nullius hactenus bello aut virtute attentatam: Glorioso enim visum est Kazimiro inglorium, Paterna videri gloria contentum.

Sunt

Compos namque Regni, certus amicorum ex omni parte, Geticos aggreditur magnanimiter terminos, quorum contiguis pernimium afflictis, et per creberrima prelia vix adactis, in Pollexianorum cervicosam animosius accingitur feritatem, nullius alterius bello vel virtute attentatam.

Sun

Sunt autem Pollexiani Getharum seu Prussorum genus: gens atrocissima, omnium ferarum immanitate truculentior: propter vastissimas solitudinum intercapedines, propter concretissimas nemorum densitates, propter bituminata inaccessibilis palustria.

Horum quia latrunculos quidam Ruthenorum, Drohicensis Princeps fovere consueverat, primos indignationis excipit aculeos: Urbi siquidem quae sui caput est Principatus (quam Drogiczyn vocant) inclusus, obsidionum perurgetur angustiis; non tam deditionis legibus accedere, quam perpetuae Servitutis conditioni subesse.

Illa

Sunt autem Pollexiani Getarum seu Prussorum genus, gens atrocissima! omnium ferarum immanitate truculentior! propter vastissimas solitudinum intercapedines, propter concretissimas nemorum densitates, propter bituminata inaccessibilis loci palustria: quorum habitationes Kazimirus aut dentibus cuspidum cum suis proscindunt, aut ensibus seu flammarum faucibus absorbent, donec omni pene conflagrata Provincia tam Princeps illorum, quam Magistratuum potestates ad Kazimiri scabellum pronis cervicibus prosternuntur „ tam suam quam reliquiarum salutem deprecantes „ ad quorum calamitates Se-

re-

Digitized by Google

Illa subinde incommeabili heremi vastitate, trium naturalium dierum, cursu citatissimo vix emensa; jubet quarto lucano (ut Catholicus Princeps,) omnem exercitum salutaris Hostiae, ante omnia, Sacramento confoveri Sacri Ministro Sacrificii, viro Reverendo Ploecensium Antistite. Decebat enim „ contra Saladinistas, contra Sa- „ crae Professionis hostes, contra „ spurcissimos Idolatras pugnatu- „ ros, plus in armis Fidei confidere, „ quam in materialis armaturae fi- „ ducia.„

Itaque intrepidi bellum querunt, diu quesitum nusquam reperiunt, cunctis

---

renissimi pietas Principis mox animi compassionem inclinat, idoneaque obsequelae ac tributorum cautione suscepta cum triumpho ad propria remeavit. Ubi non sui victus torpore, sed Suorum persuasus lassitudine aliquantisper otio indulget.

Fuit autem Illi semper Sanctorum venerari solemnia: unde cum Beati Floriani diem nunc in Divinis officiis, nunc in Orationibus, nunc in gratiarum actionibus totum Domino impendisset, solennes in crastinum Principibus ac Satrapis et Primis Regni epulas instituit. Laetantur Illi multa inter epulas laetitia! „ Primo de omnibus „ hostibus undique Triumphus: Secundo post tanta

ctis hostibus in delubris ac speluncis delitescentibus, non tam timoris pusillanimitate quam cautelae industria: sunt enim in arto exercitatissimi sed in plano nulli, plus arte quam viribus, plus audaces temeritate quam animi virtute.

Quibus non repertis, ne nihil agere viderentur, operosiorem populationi dant operam Lechitae: fana, burgos, pagos, celsas aedium facricas cum spicariis, horrea flammis involvunt: quia municipiorum nullus apud Illos usus, eosdem enim Urbium habent muros quos et Ferae.

„ tanta laborum discrimina Principis incolumi-
„ tas, tertio propria quam amicorum securior
„ tranquillitas: quarto et rerum et corporum
„ festivior amenictas!„ nec deerat omnibus deliciis suavior Serenissimi Principis alacritas, omnium exultandi animos exultantius infundens: et cum omnium vox exultationis Caelotenus attollitur, Tantae gloriae serenitas repentina subito tempestate obruitur! et sic prob dolos extrema, imo media gaudia luctus occupat! sicque conversa in luctum Cythara Lechitarum! Dum enim quasdam de salute animae quaestiones Pontificibus proponeret, permodice hausto poculo, humi prosternitur, morbo incertum est extinctus an veneno? Tanti

Horum Princeps Pollexius dolo ad Kazimirum accedit, victum se fatetur, misereri suorum postulat, famulitio suscipi obsecrat, tributaria sese obsequela obstringit, in fidei pignus aliquos Vades seu obsides exhibet, plures exhibiturum pollicetur.

Exercitus obsidum securitate solvuntur: Pollexiani prostrato iterum nemore omnem remeatum precludunt, pactioni renuntiant, ajunt „obsidum „ salutem non debere fore libertatis „ impedimento, sanctiusque esse filio„ rum vita defungi, quam Patrum „ libertate destitui: quos profecto „ mors honestior, honestioribus est „ invectura natalibus „ est enim omnium Getharum communis dementia, exutas corporibus animas, nascituris infundi corporibus, quasdam etiam in brutorum assumptione corporum brutescere.

Quos

Tanti igitur Solis occasu tantae Terram operuerunt tenebrae, et caligo populos, ut omnes omnino maeror occuparet, ad quos tanti infortunii calamitas potuit pervenire.

Mortuo

Digitized by Google

Quos instantis quoque facti subtilitas a brutorum ruditate non secernit, nam quis unquam grex hedorum secum lupos caulis incluserit? quae talpa tam cecutiens proprio murilegum cavo inserare studuit? quae unquam noctua loramentorum fuit solicita? quibus implumi pullorum suorum nido aquilas commodarent? O perbruta simplicitas! quae mansuetam natura Leonum generositatem, quadam saeviendi necessitate astringis!

Eadem namque arte Capitonem Regem suum perdituri propter ingluviem Gobunculi dispereunt: etenim Capitonis pene deleti voracitate ipsum delere intendunt, a siluris et auxilium et consilium implorant. Responderunt Siluri simili se se proprii Tiranni peste laborare; lupum enim in Regem creaverunt: procrastinari tamen sed celari placet deliberationis inducias. Cetus interim praedae aviditate secutus, proprio sese impetu in arentia sabula propellit, repenteque resilientibus undis, quia vires in arido explicare tanta bellua non poterat, ab exiguis reptilibus et oppetitur et extinguitur.

Quae

Digitized by Google

Quae res et viam et audaciam videtur suggessisse Consilii: quendam enim sinum nullius omnino profunditatis, latitudinis aliquantae, sed in maris contiguitate angustissimum explorant et eligunt: ajunt „aptissimum esse perdendorum Regum suorum proposito, ut pote qui et innumeras rosorum capiat legiones, et Regibus omnem virium amputat fiduciam: neque gobiones nec siluros minimis esse minores reptilibus; neque lupum sive capitonem Caeto grandiores, illic universorum congesta infinitate, utrumque Regum consilio corrogant, quos aliquantisper quasi renitentes crebris incursibus sollicitant. Proinde lupus utpote protervior intro irrumpit, Capito remeatum obstruit; sic rebellis Illa pisciculorum plebecula, aut lupi dente discerpitur, aut Capitonis faucibus absorbetur.

Non minus ergo fatua Pollexianorum fuit prudentia, quam gobionum simplicitas: in arcto enim constituti Kazimiridae, grassantius in hostes deseviunt, animosius gobiunculos dentibus cuspidum proscindunt, aut ensi-

um

Digitized by Google

um seu flammarum faucibus absorbent, donec omni pene conflagrata Provincia, tam Princeps eorum, quam Magistratuum Potestates ad Kazimiri scabellum promis cervicibus prosternuntur, tam suam quam reliquorum salutem deprecantes. Ad quorum calamitates Seremissimi pietas Principis mox animi compassionem inclinat, idoneaque nomine obsequelae ac tributorum cautione suscepta, cum Triumpho ad propria revertitur. Ubi non sui victus torpore, sed suorum persuasus lassitudine, aliquantisper otio indulget.

Fuit autem semper Illi solemne Sanctorum venerari solemnia: unde cum Beati Floriani diem, nunc in Divinis officiis, nunc in orationibus nunc in gratiarum actionibus, totum Domino impendisset, Solemnes in crastinum Principibus ac Satrapis et Primis epulas instituit. Suggerunt Illi multa super epulas laetitiam: primo „ de „ hostibus undique Triumphus! se„ cunde post tanta bellorum discrimi„ na Principis incolumitas! tertio tam „ propria quam amicorum securior tran-

„ tranquillitas! quarto et rerum et
„ temporis festivior amenitas! nec
„ deerat, omnibus deliciis suavior,
„ serenissimi Principis alacritas, om-
„ nibus exultandi animos, exultantius
„ infundens.

Cumque omnimodae vox exultationis inter omnes Caelotenus attollitur, tantae gloriae serenitas repentina subito tempestate obruitur: nam tanti extrema gaudii proh dolor! immo et maedia luctus occupat, et maeror jucunditatem rapit, opprimit, in suum concatenat ancillatum. Omnibus enim undique versum exultantibus, Illud unicum et singulare sidus Patriae! cum quasdam de Salute animae questiones Pontificibus proponeret, permodico hausto poculo, humi prolabitur et expirat! morbo incertum est extinctus an veneno?

Adeo tanti Solis occasu tenebrae operuerunt Terram, et caligo Populos, ut omnia omnino maeror occuparet. Ad quos tamen tam subiti calamitas infortunii tam subito pervenire non potuit, rebus nihilominus secundis indulgent, et sic mixta est maerori jucun-

cunditas quae se seta maerore raptam ad ejus pertrahi Connubium conqueritur hoc modo.

JOCUNDITAS.

Non est pudor pro dolore, sed est dolor pro pudore, niti acrimonia

Maerens queror de maerore, qui de meo serta flore, necti tam funebria

Eram nupta plus quam Regi, Quem prefovi quem prelegi, Regum super millia;

Hoc adacto mortis legi, Ejus nece mox impegi necis infortunia

De Maerore rapta queror, diro cujus axe teror; vi raptoris anxia

Torquet arctat angit maeror, desperato frangi speror, hostis ad colludia.

MAEROR.

Causae causas aucupari, litem lite contestari, Juris est injuria

Tenet nostro sponte lari, curiam infers curiari, strepis impudentia?

Foves planctum, foves luctum, fletum, quaeso ob quem fructum? lambunt noctisonia.

Cum his ducis aqueductum, cum his blandum scis deductum carpere perinvia.

JOCUN-

En libertas! ecce Soror! quibus arris
fundat horror pacta sponsalitia.
Sic suadeor, sic exploror, his persuasa utquid
moror probris ad oprobria.

LIBERTAS

Spernis arris insigniri, spernis veris perpotiri tam vernante gratia
Nostram sortem vis metiri, inter scorta consortiri, cogimur stipendia
Flet honestas, flet pietas, flet virtutum societas, omnis in angaria
Sexus omnis, omnis etas, rebus laetis fixit metas citra conterminia
Cum Proreta prora cessit, undas fluctus tunc expressit Syrtes ac naufragia
Tunc procella se ingessit, quae profundo subimpressit Salutis remigia.
Ergo tristi pulsa nube, spe sereni soror nube, serenantur tristia!
Gaude maeror laetus! jube Hymaenei clangant tubae, resonent tripudia
(AURO gemmis alacritas ornat Sponsam amaenitas, condit pigmentaria
Sponsum comit viduitas, tristes ducit Ypocritas, tristis pestilentia.

Digitized by Google

Fulget sponsa gemmis auro, sertum illi virens lauro, jugis dat vernantia
Maesto maeror de Thesauro, hirta fuco tincta Mauro premit lanificia
Claro Sponsae horus vultu, rutilante vernat cultu ipsa rutilantia
Maeror tristi cum tumultu, ejulatus cum singultu maestà cient taedia
Saevum faedus contrachitur, Sponsi fides detegitur, doli evidentia
Sponsae decus detrachitur, splendor omnis extinguitur atra inter atria
Arguitur de crimine, inscribitur ex nomine, addicitur innoxia
Involvitur caligine, sine veri examine, pendit tot supplicia.)

MAERON AD JOCUNDITATEM

Nos veteris lege viri, sui luxu Casimiri temptat ac lascivia
Sed nec vires demoliri, neque viros emoliri fas est petulantia
Crudam gesto cicatrem, si mutui reddo vicem quae nam est injuria?
Verba verbis cur intricem? par est nosse Contemptricem, contemptricis praemia

Digitized by Google

Rogis rogo Caetus ille, cibus esto nec faviilae
ulla sint vestigia
Paranymphis licet mille sint charibdes, sint et
Scyllae prompta promptuaria!

PRUDENTIA

Furor! furis! cur hoc suades? mero cur
sic Maeror madet? cesset temulentia!
Cedant lites, cedant clades! det amoris amor
vades! preside Prudentia!
Anceps onus est hic inde, Fortitudo sed exinde
fortibus dat fortia
Pacti fidem ne reseinde, edit novum jus proinde,
veterum repudia.
Sic venenum fel cituta, ars veneno texit
scuta contra veneficia
Sic Salute res exuta ad salutem reddit tuta duca
temperantia
Ad nos ergo vos redire, lites, probra consopire
imperat Justitia
Is qui volit obgromire jubet strictum compe-
dire pectorali fascia
Probris nunquam desipies, si te probris eripies,
miti Patientia
Quaedam dulcis temperies, innascitur si socies,
Contrariis contraria.

Digitized by Google

JUSTITIA

Dulce canit haec fistula, hic jubilus avicula Te sibilat ad retia
O quam dulce Sirenula, necis vecat apocula mens abhorret sobria.
Vitae mors est contraria, morte vitam inebriat maesta matrimonia
Dic obsecro Prudentia! prudenti cum socordia suntne Contubernia?
Quod si quando vult ratio, ut consona sit unio inter dissonantia?

PRUDENTIA

Est magistra proportio, ut nostri ministerio disparia sint paria

JUSTITIA

Proportio quam consulis, vincis nodos in copulis resseras scrutinia
Virus inest his poculis, mors in olla his osculis sunt exitus exitia
Quam vis prudens met declaras, quam prudenter littus eras levans lateritia
Scenb gemmas da preclaras, sacras junge porcis aras, prostent sanctuaria
O laborum sic impensum! o delire mentis sensum, menceps dementia!
Versa collum, versa pensum, ubi nullum scis assensum, nulla scis commertia.

Si-

Sidere igitur Kazimiri occidente ortum est quasi quoddam chaos et quaedam rerum ac Personarum confusio, quibusdam de tam inopinato casu super se stupentibus, aliis quasi extra Sè raptis, multis velut quodam fulminis ictu ad terram dolore prostratis. Videres plurimos, imaginum instar, exanimes! nonnullos uberrimis lachrymarum imbribus inundantes, videres de vultu Matronarum, virginum, quibusdam sulcis unguium crebra cruoris proscindi flumina! alisos quosdam ad statuas propriis pene ictibus excerebratos! alios ferro prae maeroris angustia se se appetentes! om-

---

Mortuo Kazimiro ortum est quasi quoddam chaos et quaedam rerum ac Personarum confusio, quibusdam de tam inopinato eventu super se stupentibus, aliis extra se raptis, multis velut quodam fulminis ictu prostratis! videres plurimos Magnatum Imaginum instar prorsus exanimes, nonnullos uberrimis lacrymarum imbribus inundantes: videres de vultu Matronarum ac virginum quibusdam sulcis unguium crebra cruoris proscindi flumina: alisos quosdam ad statuas pene ictibus excerebratos: omnium Illo moriente una et eadem commoriendi voluntas.

Non

omnibus Illo moriente, una et eadem commoriendi voluntas.

Non desunt tamen in eodem horae puncto Quidam tacita ducentes suspiria, qualiter Principes vel Satrapas ad sua vota inclinent vel vacantem occupent Principatum; sed in suis cogitationibus evanescunt: *novit enim Dominus cogitationes hominum quoniam variae sunt. Cui nec pupilli cura unquam defuit nec viduae.*

Igitur exequialibus rite peractis, Venerabilis Ille antistes Cracoviensium Fulco, primo cum Primatibus de Regni successione tractatu habito, in Contionem omnes vocat, et vix tandem strepitu semisopito, ait „ Pius o Pro-

---

Non desunt tamen in eodem puncto quidam tacita ducentes suspiria: qualiter Principes ad sua vota inducerent, vel vacantem occuparent Principatum: sed in suis cogitationibus evanescunt.

Igitur exequialibus rite peractis, Venerabilis Ille Cracoviensium Episcopus Fulco primo cum Primatibus de Regni successione tractatu habito, in Contionem omnes vocat: ait Eis „ Pius „ o Proceres dolor est, sed impia doloris atro„ citas! ob quam inquit causam examen apum „ sepe defluit ac prorsus deperit? nisi quia in

„ Proceres dolor est, sed impia de-
„ loris atrocitas! pie quidem doletur,
„ sed impie sic dolore desipitur: nec
„ enim est desipientior usquam desipi-
„ endi modus quam crudo vulneri mi-
„ nime consulere, quam de profundo
„ naufragii nolle cum possis emergere!

„ Ob quam queso causam examen
„ apum sepe defluit? ac prorsus de-
„ perit? nisi quod in locum demortui
„ Regis alium substituere vel ignorat
„ vel negligit; unde quaedam reptilia,
„ quae Stellionem habent Regem, eo
„ vix defuncto, mox Illum in ejus lo-
„ cum creant, qui primus pro Regis
„ nece lachrymis inmaduit. „

„ Multis etiam est hodie persolem-
„ pne, prius alium eligi, quam de-
fun-

„ locum Regis sui substituere alium vel ignorat
„ vel negligit. Quamvis enim in se Kazimirus
„ mortuus videtur, in suis tamen facile mori
„ non potuit. Nec vitis creditur succisa quam
„ vivi adhuc palmites protestantur. Duo nam-
„ quae Olivae et duo luminaria supersunt: duo
„ Filii Kazimiri Lescho scilicet et Conradus,
„ licet ambo parvuli, ambo inter annos pupil-
„ lares constituti. Dignum ergo est majorem
„ intra Paterna dignitate insigniri. „

His

„ functus Rex funeretur, et successor
„ sui decessoris funus quodam humanitatis honore solemnius prosequatur. Quamvis enim in se Kazimirus
„ mortuus videatur, in suis tamen
„ facile mori non potuit, in quibus
„ immortalibus vixit, et perpetuis
„ victurus est beneficiis: nec vitis
„ creditur succisa, immo propagata
„ quam vini ac vinidi palmites vivere
„ protestantur. Duae namque Oliwae
„ duo supersunt luminaria, duo Filii
„ Kazimiri Lestco et Conradus: licet
„ ambo parvuli, ambo inter pupillares annos constituti. Dignum ergo
„ est Majorem natu Paterna Dignitate
„ insigniri.„

Tum vero quidam vir insignis „Sane,
„ inquit, Pater Venerande! omnibus
„ est amplectenda sani salubritas Consilii, maxime in his quae dilationem
„ non capiunt, periculosa est mora et
„ in se trahit periculum! ideoque in
„ eligendo Principe nulla sit cunctatio, sed de Persona Principis omnium obsecro expergiscatur vigilantia; non enim cano vertici mentum
„ convenit impuberis: immo puerile

„ est ut Prudentibus puerilis impera-
„ ret imprudentia! cum verbum sit
„ Sapientis, *Vae Terrae cujus Rex*
„ *puer est!* presertim cum Principem
„ discretum strenuum cautum et indu-
„ strium esse in omnibus et ad omnia
„ conveniat; nam si in minimis, puta
„ in Familiae Domus navis, in unius
„ Sulci vel Agricolae regimine peri-
„ culose negliguntur, quanto pericu-
„ losius in Republica regenda clausis,
„ ne dixerim caecis oculis haec propo-
„ nuntur? „ haec autem astruebat ut
Mesco Senex vel nepos ejus Mesco ju-
venis Princeps substitueretur.

Ad haec Vir Zelo Dei plenus! idem Antistes, respondit „ Haec a Te,
„ utpote Viro prudente, non inele-
„ ganter sunt allegata, sed in prae-
„ senti articulo prorsus locum non
„ habent: quae tum demum vera sunt,
„ cum de eligendo agitur, non de Jure
„ Successionis disceptatur „

„ Prorsus enim aliud Juris et Ele-
„ ctio, aliud jus Successorium; in Illa
„ est libera deliberationis libertas, ac
„ in isto urgentissima Juris necessitas:

Ab

„ Ab illa omnes citra legitimam aeta-
„ tem relegantur; ab isto nec infan-
„ tuli nec posthumi excluduntur,
„ quin etiam omni Solempnitate val-
„ latum rumpunt testamentum.„

„ Sed et illud quod de Regimine
„ ac periculo Reipublicae tetigisti,
„ Parvulis Istis non officit: nam si
„ Respubliea, Juris testimonio, instar
„ habetur Pupilli? constat idem esse
„ Juris in utroque, quia *ubi eadem*
„ *est ratio*, *eadem est Juris censura*:
„ aut ergo Pupillis omnem omnino
„ tutelam auferes? aut etiam Reipubli-
„ cae tutores non negabis? nec enim
„ per se Princeps Rempublicam ad-
„ ministrat, sed per administratorias
„ potestates: ideoque periniquum et
„ impium est dissimulare necdum im-
„ pedire, quod ratio dictat, quod po-
„ scit utilitas, quod jubet honestas,
„ quod suadet pietas, quod Juris de-
„ nique imperat necessitas.„

„ Nec impedit Avita Constitutio
„ qua cautum erat—*ut penes majorem*
„ *natu semper sit Principandi Autho-*
ritas

„ *ritas*—quae per Papam Alexandrum „ et Fredericum Imperatorem (qui Jus „ habent et condendi et abrogandi ju- „ ra,) prorsus est abrogata, quin ab „ utroque (superstite Seniore scilicet „ Mescone) in eodem Principatu Ka- „ zimirus est constitutus et confir- „ matus.„

„ Non est igitur quod Principum „ consensum, quod favorem Procerum, „ quod vota Civium vel Populi hac in „ parte possit remorari.„

Proinde unanimis omnium Caelo- tenus alacritas attollitur „ Vivat! vivat „ Princeps Lestoo in aeternum!„ om- nesque tanta serenitas laetitiae qua- dam

---

His dictis Caelotenus alacritas attollitur, „ Vivat clamant! vivat Princeps Lescho cogno- „ mento albus! vivat in aeternum!„ Omnesque tanta serenitas laetitiae quadam festivitate per- fudit, quasi preteriti doloris nullam pertulerint angustiam. Tanta illis dulcedo, tantus amor, tantus omnibus affectus erga pupillos, ut nec tribulatio nec odium, nec gladius, nec questus, nec ullius penitus occasionis necessitas ipsos, ab Ipsorum latere ac obsequio destringat.

His

dam festivitate perfruit, quasi preteriti nullam doloris pertulerint angustiam: tanta Illis dulcedo! tantus amor! tanta omnibus amoris affectio erga Pupillos, ut non favor, non odium, non tribulatio, non gladius, non questus, nec ullius penitus occasionis necessitas, ipsos ab Ipsorum latere ac obsequio distringat.

Propter quod Eubajorum primus Ille Comes Nicolaus summe omnibus regratians, omnes de constantia, de forma fidelitatis et amoris etiam commonet et instruit, omnesque, ne cui suam in contrarium liceat mutare voluntatem Juris-jurandi religione obstringit: noverat enim Vir prudens, volatile semper esse mentis vehiculum, et petulantes esse, ac in lubrico glaciari animi affectus.

Consternatur Ille senex Mesco his auditis et indignationis dolore humi prosternitur ait „non suum apud Illos „ dolere contemptum, non tam Jura „ Primogenituræ confusa, quam super „ excellentem tantæ dignitatis Majestatem tam scurili ludibrio profanatam! audire piget rem prorsus

in

„ in auditam! rem non minus lugu-
„ brem quam ridiculam! nec enim sine
„ ridiculo dissimulari potest, tam de-
„ sipiens tam sapientum Virorum in-
„ fantia! infantum enim est cum in-
„ fantibus ludere par impari, aequi-
„ tare in arundine longa. Doloris quo-
„ que non dispar est ratio, quia cum
„ in Fratre meo Kazimiro hujus Re-
„ gni Corona ceciderit, eam non ut-
„ cunque sublevare, sed in sceno ut
„ in cujusdam lacu miseriae suppri-
„ munt, Remque publicam hostibus
„ exponere studuerunt: nam quis lu-
„ porum, gregi sine Pastore pepercerit?

secundo

His auditis consternatur Jlle Senex Meszko Patruus eorum: et indignationis dolore humi prosternitur: „non suum ait apud Jllos dolere „ contemptum sed jus Primogeniturae esse con- „ fusum. Jnfantum inquit est cum infantibus „ ludere equitantes in arundine longa.; „ Verbis ergo callidissimis Ducem Boleslaum et Mesikonem Fratrem ejus crebro solicitat, ad suum votum inclinat, aliorum quoque tam hujus Regni quam exterorum undique venatur subsidia. *versus.*

Preteritat precibus, pretio incitat et ambit,
Scit bene murilegus cujus gerbonada lambit.

Proinde

„ do: quis non gemat? quis non do-
„ leat adeo toxicata in se spicula con-
„ torqueri? quis demum equanimi-
„ ter ferat non incallida callidissimo-
„ rum ingenia? Infantem Principem
„ creant! ut eo pretextu Ipsis ipsi
„ Principibus principentur, ut Regia
„ stirpitus eradicata stirpe liberiore
„ tandem potiantur Imperio, ut pro
„ uno Capite, tot ex Ipsis succrescant
„ Reges quot Capita.„

„ Vestri nempe, non mei, me mi-
„ seret o mea pignora! vestra me o
„ Proceres non mea movet calamitas!
„ commune omnium hic agitur discri-
„ men! Eis vos obsecundare oportet,
„ quos vobis obsequi decuerat.„

Eisdem verbis, eadem verborum acrimonia Ducem Boleslaum et Fratrem ejus Mesconem crebro solicitat, et ad suum votum inclinat, aliorumque tam hujus Regni quam exterorum undique venatur susidia.

Pertentat precibus, pretio mercatur et ambit.
Scit bene murilegus cujus genabeda lambit.

Cra-

Cracoviensis deniqne Magnatibus Provinciae mandat „ut resipiscant, ne „ arundineo imitantur baculo, ut „ Lestconem Principatu excedere jubeant, ut sese Principem recognoscant, ut a se, capite utpote legitimo (si membra sunt legitima) non „ discrepent, quia incongruum est „ suo non congruere universo: Eligere igitur Ipsos jubet, aut Patris „ gratiam gratuito mereri obsequio? „ aut gladii furorem prelii experiri „ periculo?„

Ad haec Illi „ Pavidas minae damulas exanimant, meticulosos etiam e rubis lepusculos terror exagitat; „ at Leoni plus animositatis indignatio suggerit, plus Tigridem fragor „ ad vires exasperat, acutius etiam „ ferrum exacuat cotis esperitas: nec „ dici posse gratuituna quod minaci „ strepitu extorquetur. Promptus ergo „ esto! promptos ad resistendum invenies. „

Pondus in est verbis, et vocem facta sequuntur.

Pro-

Proinde augent et roborant Illius partes Vladislaidae, non tam Ejus amore quam Regni ambitu et odio Pupillorum: adest Parvulorum subsidio Ducis de Wladimir Romani pia miseratio non cum parva Ruthenorum numerositate: meminit namque idem Romanus quanta erga se Kazimiri fuerant beneficia, apud quem pene a cunabulis educatus, eodemque, quo fungitur, ab Eo Principatu est institutus; sciebat etiam, Illis excussis, suae radici securim imminere, hinc a Mescone si vicerit, illinc a Principe de Kijow, cujus Filiam repudiaverat.

Est

Proinde augent Illius partes Vladislaidae non tam illius amore quam Regni ambitu et odio Pupillorum. Adest parvulorum subsidio Ducis Ladimiriae Romani pia miseratio non cum pauca Ruthenorum numerositate. Meminit namque idem Romanus quanta erga se Kazimiri fuerint beneficia, sciebat etiam pueris excessis suae radici securim imminere.

Est autem in Cracoviensi Provincia locus a nomine fluvii Maskowa dictus ab Andrejoviensi Monasterio non longe distans; in hujus loci pinetis seu rubetis bellum hinc inde oritur. — *versus.*

Consceedunt acies, stant hinc inde Phalanges
Ferrea stant nemora, stant pila minantia pilis

Quorsum

Est autem In Cracoviensi Provincia locus a nomine fluvii Możgava dictus, ab Andrzejoviensi Caenobio non longe distans. In eo loco pineti sive rubeti cujusdam interjectu.

Conscendunt acies, stant hinc stant inde Phalanges:
Ferrea stan nemora, stant pila minantia pilis.
Quorsum quaeso viri? quorsum miseranda Juventus?
Nam furor est mergi velle cruore suo.
In Te prona ruis! in Te Tua tela resolvis!
In Te luxurias seditiosa sitis!

O Sacrilega! o prophana! o luctuosa congressus ejusdem spectacula! non

---

Quorsum quaeso quorsum miseranda Juventus?
Nam furor est mergi velle cruore suo
In Te prona ruis! in Te tua tela resolvis
In Te luxuriat seditiosa sitis!

O sacrilega! o profana, o luctuosa congressio! et congressionis spectacula! Non hic filiatio Paternitati reverentiam exhibet: non filiationi Paternitas ignoscit: non fraternitas fraternitatem agnoscit: omnes invicem sine omni delectu promiscue sese caede interimunt. Hic Meskonides Boleslaus cuspide transfossus expirat; hic Incly-

Digitized by Google

non hic filiatio Paternitati reverentiam exhibet, non filiationi Paternitas ignoscit, non fraternitatem fraternitas, non consanguineitas consanguineitatem, non affinitatem affinitas, non necessitudinem necessitudo, nec Jlla Sancta Spiritualis cognatio semetipsam agnoscit: omnes invicem sine omni delectu promiscua sese cede interimunt.

Hic Mesconides Boleslaus cuspide transiossus expirat: Hic Jnclytorum gloria prosternitur: hic Mesconem quidam gregarius miles vulnerat: quem cum occidere vellet, Jlle detecta cassida se esse Principem exclamat: quo ille cognito veniam imprudentiae petit

---

clytorum Gloria prosternitur: utique Meskonem Senem quidam miles gregarius vulnerat: quem cum occidere vellet Jlle deiecta cassida Se esse Principem exclamat, quo ille cognito veniam imprudentiae meruit, Eumque ab aliorum impetu perservans prelium declinare facit. Sed et Dux Romanus non sine magna suorum cede vulneratur graviter, atque a prelio divertit.

Sic ergo Senex Mesko sub onere duplicis predae cogitur confusus ad propria remeare: snb onere scilicet moeroris pro morte filii, sub onere doloris pro vulneribus in Se susceptis.

Igitur

Digitized by Google

tit, Eumque ab aliorum impetu conservans, prelium declinare facit.

Sed et Dux Romanus non sine magna Suorum cede, plurium destitutus auxiliis non paucis nec levibus saucius vulneribus, tum angustia vulnerum, tum desperatione victoriae cogitur divertere: nam in principio congressus, suorum pars maxima Ruthenorum terga fugae dederat, quod parti Puerorum victoriae ademit Triumphum, quorum plurimi non prelio intendunt, sed Ruthenos insectantur fugientes, quidam aviditate praedae, quidam indignationis animositate.

Adest iterum Senis subsidio Vladislaides Mesco, cum Nepote (filio Boleslai) Jaroslao, qui nemine pene in loco pugnae reperto, quia jam ambae partes diverterant, quasi victoriose campum obtinuissent certaminis gratulantur, et signa victoriae illic extollunt: cum quibus licet in pauca manu Comes Govoritius congreditur, confligit, et frendentis instar fulminis impetum una cum Viribus ne quicquam effundit: dispari namque hostium numerositate tandem fatiga-

Digitized by Google

tus non sine quadam gloria succumbit, capitur, captus abducitur, et captivi nomine diu tentus, vix demum a captivitate amicorum interventu absolvitur.

Porro jam sepe dictus Presul Fulco inter spem et timorem anxius pendet, orationi tamen propensius intentus, belli exitum in loco semoto praestolatur: qui cum quendam prelii Emansorem vidisset, ait „Bonum nuntium! bonum! prospere nobiscum agitur! quod est verbum? quid factum est?„ Qui respondit „nostros nunquam deserat hostes! hodierna nostra prosperitas! cecidit Romanus, Primorum primi prostrati, quidam capti, nonnulli diffugio dilapsi, totus populus nostri exercitus mox in auras evanuit„ Cui Presul, unde scis Romanum occidisse?„ at Jlle „ Pape inquit, commilitonis ego funus Patriae parentis non viderim! illud certo certius accipe, Senem Mesconem cum Triumpho, spoliis occisorum onustum, Cracoviam proficisci.„

Vix

Vix hic finierat, et ecce alius, itemque alius, aliud proferens mendacii commentum: Unde Presul tam se quam suos aliquantulum consolatur dicens: „non est ratio cur huic quam „ secundo vel tertio magis credendum „ sit, aut ergo cuilibet eorum, credatur aut nulli: sed quomodo tam „ dicta dissona convenient? superest „ igitur ut alicujus nostrorum sagacitate rem diligentius perscrutemur„ Cui quidam „ presto ego sum Domine! „ mitte me„ ait Illi„ tria verba tene: „ impiger diligens cautus esto? Angelus Domini Tecum.„

Igitur Ille habitu clericali seposito (clericus enim erat) sese scurram et cursorem simulat, pedestri cursu ad prelii locum transvolat, rem diligenter explorat, nunc ab eis quos ad huc semineces reperit, nunc ab aliis qui predociniis erant occupati: qui cum omnia exploratissime didicisset, quantotius revertitur, cuncta ordine Pontifici pendit ac digerit „ Senem Mesconem sub duplicis onere „ predae gementem ad propria re„ meare; sub onere videlicet maeroris

„ ris pro morte filii, sub onere do-
„ loris pro vulneribus in se susceptis:
„ Romanum vulneratum non tamen
„ lethaliter.„

Quem Pontifex noctis per opaca impigre consequitur, consecutum revocare studet, ne forte Senex Mesco ad majorem injuriam in ira magis incandescat, et viribus instauratis vel per se vel per Vladislaum Regni caput occupet. Cui Romanus „ Sane Pater „ carissime, sed gemina me ut vides „ compedit debilitas: una in me ipso „ corporis ob vulnera, in meis, et ob „ militiae carentiam quae partim pre-„ lio corruit, partim fuga disparuit,„ tum Presul„ quod ergo consulis?„ „ cui Ille„ Tuam non latet pruden-„ tiam prudentia serpentis quae ma-„ xima est in capitis custodia: Caput „ ergo! caput et custodiri et defendi „ convenit, donec nostrorum livor vul-„ nerum detumescat: piscis enim quor-„ sum vis sequitur, si vel filo bran-„ ceam tenueris.„

Romano itaque ad propria remeante, primi Procerum ut crastina primum illuxit dies, cum paucorum qui-

Digitized by Google

quidem exercitatissimorum manu, hostes querunt undique, quibus non inventis „ an Senem Mesconem prose- „ quantur? an Vladislaidas?„ diligentius deliberant. Sed Presulis consilio neutrum faciendum: docet „ impiam „ esse tam afflicti senis persecutionem, „ miserum enim est miserabile cujus- „ libet infortunium insectari; calami- „ tas enim senis, insectando in se „ ipsa contabescit. Sed et ambos pro- „ sequendi nulla est ratio; ubi labor „ immensus, fructus pene nullus; in- „ fructuosissimam esse operam, ope- „ ris minus fructuosi, nec frustra „ quispiam temporis terit in palea„ jubet ergo ad sedem Regni properari, ne quis Regiam quasi vacantem in turbine anticipet: nam piscium omne genus facilius deprehenditur in turbido: sub nebula maxime impetus cavetur accipitris.

Rixantes vendunt aquilae morticinia Corvis.
Corrixàns alii dat canis ossa cani

Sic persuasi animositate seposita non animo, Cracoviam cum Pueris libere adeunt, et solennius quam ab initio, solenitates instituti Principis in-

Digitized by Google

instaurant. Itaque Mater Puerorum (tam in Consiliorum industria quam rerum providentia mulier, super mulierem sexum prudentissima) legitimam pupillorum in se tutelam suscepit, donec major adolescat, qui proximus erat pubertati.

Ad hujus mulieris nutum, pro meritis cujusque, fasces distribuntur dignitatum: hi submoventur, illi substituuntur: ut nec Tribunitiae sine Ipsius arbitrio, nec minimae omnino concederentur Potestates. Tanta omnibus erga Illam reverentia! ut suae Proceres obliti dignitatis, obsecundare Mulieri, ac muliebres non turpes tamen dissimulare vel ferre mallent ineptias, quam Pueros deserere: non potest

---

Igitur Mater puerorum tam in Consiliorum industria, quam in rerum experientia Mulier supra sexum Muliebrem prudentissima, legitimam firmam Pupillorum in se tutelam suscipit, donec major adolescat, qui proximus erat pubertatis. Sed etiam Presul Fulco et Palatinus Nicolaus cum quibusdam Procerum, Reipublicae curam suscipiunt, cujus administrationem idoneis ac fidelissimis potestatibus distribuunt. Siluitque aliquandiu Terra et pacis facta est tranquillitas.

Porro

Digitized by Google

potest enim quantumlibet Prudentissimus, esse quandoque sine lapsu imprudentiae: unde imprudentia facilius apud Prudentes veniam impetrat, quam apud imperitos.

Caeterum sepe nominati Viri, Presul Fulco et Palatinae Comes Excellentiae Nicolaus, cum quibusdam Procerum, Reipublicae curam suscipiunt, cujus administrationem idoneis ac fidelissimis Potestatibus distribuunt. Siluitque aliquandiu Terra, et Pacis aliquantisper facta est tranquillitas.

Porro dux Lesco aetate proficiebat et industria, venaticis, utpote adolescens, studiis sese ad Juvenile robur exercens. Jam iamque in his exercitatior armorum usum aspirabat: Qui necdum Tiro necdum Miles, gloriosa in se militiae pretulit insignia, ex quibus illud unum ad gloriae cumu-

---

Porro Dux Lesthko etate proficiebat et industria; tàm exercitium armorum aspiratione, qui nec dum baltheo militiae insignitus, quia adolescentulus; qui super omnes Principes Russiae quasi quidam Sol emicuit.

Eodem

Digitized by Google

mulum sufficit, qui super omnes Russiae Principes, licet ad huc adolescentulus, quasi quidam Sol emicuit.

Eo namque temporis in fata concesserat Dux Galliciae Vladimirus, haerede nullo relicto legitimo; unde Russiae Principes quidam vi, quidam arte, nonnulli utroque modo vacantem student rapere Principatum; inter quos Dux Romanus quanto loco vicinior, tanto spe proximior, et sic ambitu solertior.

Sed quia sese viribus, aliis videt disparem, Duci Lestconi obnixe supplicat „ ut Eum perpetuo sibi famula„ tu obliget, ut ejus obsequio cunctis „ Ruthenorum Principibus, ac Partho-

---

Eodem namque tempore moritur Dux Galatiae Ladimirus, nullo legitimo haerede relicto, unde Russiae Principes alternatim vacantem student rapere Principatum. Interquos Dux Romanus. Duci Lesthkoni obnixe supplicat, ut eum perpetuo sui famulatu obliget, ut Ipsum non Principem sed Procuraterem suum in Galacia constituat. Quo audito Dux Lesthko mandat suis ut sint ad expeditionem purati.

Igitur

Digitized by Google

„ thorum per ipsum partibus impe-
„ ret, dummodo ipsum nou Princi-
„ pem Galliciae sed Procuratorem
„ suum sibi constituat: alioquin indu-
„ bitatum sibi hostem imminere non
„ ambigat, quicunque aliorum illic
„ sedem fixerit.„

Sed frivola visa est quibusdam ejus petitio, tum quia tutum non est parem creare de famulo, tum quia res magna res utilis longe utilius per se possidetur, quam alteri substituitur: nec nisi raro extraneum extraneo individui vinculum faederis astrinxit; quia qui causa utilitatis assumitur, tam diu placebit quam diu utilis est.

Caeterum alii „ Duo, inquiunt,
„ probant nec nostro Principi nec
„ nobis esse Romanum extraneum:
„ nam quo pacto extraneus dici po-
„ test, cum quo secundo Consangui-
„ neitatis gradu reperitur? qua obse-
„ cro ratione de hoc Viro ambigi po-
„ test, qui hujus Reipublicae semper
„ Coadjutor, et quidem quasi Paeda-
„ gogus extiterit? nam quid aliud do-
„ cet tempore Ducis Summi Kazimiri

exa-

„ examinatissima in omnibus sua fi-
„ dei constantia? quid diligentissima
„ obsequiorum studia? quid nunc
„ tandem ob nostram suscepta neces-
„ sitatem cruda ipsius loquuntur vul-
„ nera? horrendum certe nefas est,
„ vel in Consanguineo pietate desti-
„ tui, vel mutui debitum proximo non
„ redhiberi!„

Igitur confluunt Cohortes, conflantur Acies, moventur contra Galiciam castra. Sed etatem causantur Principis non Principem, utpote bellis nondum idoneum! ideoque satius ipsum interim domi jocis indulgere, quam in

---

Igitur confluunt cohortes, aflantur acies, moventur contra Galatiae castra: Principem non utpote bellis idoneum satius interim domi jocis indulgere, quam intempestivis temere laborare sudoribus: at vero Adolescens pene illacrymans „ Proh pudor, inquit, o Proceres me feminam „ a meis estimari non Principem! parum enim „ distat a faemina qui semper caetus colit fae- „ mineos, non ego ut Princeps sed ut Pincipis „ signum vestra Castra non deseram: alioquin „ ut solo comite vestra sequar vestigia!„ gratulantur omnes tam virilis animi adolescentem. Qui dum Russiae limites attigisset et arenae instar,

intempestivis temere illaborare sudoribus.

At vero Adolescens pene illacrymans „Proh pudor! inquit, o Proceres, Me faeminam a Meis aestimari non Principem! parum enim distat a faemina qui semper coetus colit faemineos: modicum audio habere roboris exercitus Acephalos. Jnutilis ego fateor! certe, pila fixa stant in prelio non dimicant, eis tamen presentibus animosius dimicatur. Unde fama est quosdam sepe sine Regе confectos, quo in cunis tandem in pre-

---

star, hostium numerositatem invenit conglomeratam: tum quibus a facie Lesthkonis in fugam conversis, Gallicienses Jlli pronis cervicibus occurrerunt omne obsequium omnem omnium subjectionem ac fidelitatis perpetuitatem pollicentur: Jpsum Regem Jpsum suae salutis Presidium et optant et eligunt. „Nihil autem aliud querimus „quam ut vestri gloria invocetur super Nos; „quia Principum Terrae nostrae, ferre non „possumus fastum, seditiones invidiam, „Lesthko igitur eos Ducem Romanum suscipere coegit, quem ipsis tanquam fulgur horruerunt.

Qui tamen beneficium Polonis postmodum Romanus male impendit, sicut infra suo loco dicetur. Explicit Chronicon Dzierswae.

„ prelio posito de hostibus triumphas-
„ se. Non ego ut Princeps, sed ut
„ signum Principis vestra castra non
„ deseram! alioquin vel solo comite
„ vestra sequar vestigia.

Gratulantur omnes virilis tantum animi habere adolescentem! mirantur singuli citra spicae florem, in tam spica tenella, tantae maturitatis grana! Stupent nucem nondum teste vestitam, soliditate maturi/nuclei perferre saporem! ac in Duce dulcedinem Ducis judicant apiculae non etatem!

Nec dum Russiae limites attigerat, cum Galiciae Primi, pronis Jlli cervicibus occurrunt, omne obsequium, omnem clientelam, omnem suorum omnium subjectionem, ac fidelitatis perpetuitatem cum omni satisdatione pollicentur, Jpsum Regem, ipsum suae salutis Presidium et optant et eligunt „ eligere inquiunt, di-
„ gnetur Vestrae discretionis dignatio,
„ in Vestri Persona nobis imperare
„ velitis? an in substituta? nihil enim
„ aliud querimus, ut vestri gloria no-
„ minis invocetur super nos, quia
„ non possumus ferre nostrae Terrae

Prin-

„ Principum fastus, seditiones, invi-
„ diam.„

Haec Jlli: sed in dolo, ut quasi securos occuparent: nam dolum subesse mox ipsa res prodidit; prima siquidem eorum oppida, non deditionem supplicant, sed rebellione contumatius resistunt: quibus tandem contritis et subactis Galiciam obsidionibus vallare proponunt; sed arenae instar, hostium ibi numerositatem inglomeratam inveniunt, quibus Dux Lestco juberi per suos jubet ut mox finibus excedant Galliciae aut prelium prestolentur! „ qui responderuut, Pre-
„ lium! prelium in instanti!„ sed haec illorum atrocitas vapor fuit admodicum parens: nam ubi primi ferreae Polonorum effulserunt acies, tota illius multitudinis animositas, penitus contabuit, nec ulla prelii apud illos meditatio sed fuga, fuga in instanti.

Belli tamen dilationem, pacis deliberandae pretextu postulant, et impetrant; quibus deliberatione suspensis Galicienses pronius quam prius ad Scabellum Ducis Lestconis prosternun-

nuntur: non jam ficto, sed summae devotionis votis Principem sibi creari eflagitant, quia suorum Principum vires in quorum infinitate fixerant fiduciam penitus emarcuisse conspiciunt: et quem e vicinio plus quam fulgur horruerant, Ducem Romanum suscipere coguntur.

Noverant enim hominis astutissimi super omnes ingeniosam Tirannidem, qui tam atrocitatis impetu quam ambitionis studio, nemini suorum parcere novisset.

Angustiae Illis undique: nam rebellandi nulla spes, omnibus pene suorum subsidiis, noctis beneficio dilapsis: hinc Hujus cruentissima Tirannide terrentur, nam nemo prudens horrendis Leonis rictibus impingit. Quid ergo? Proceres precibus accumulant, argenti auri talenta innumera, gemmas, Vasa, et vestes generis exquisitissimi, omne sericorum, omne prestantissimarum genus rerum, offerunt, et protensius illaturos pollicentur, ne Rutheni jugo subesse compellantur: cujuslibet conditionis obse-

qui-

quium, omnem tributorum perpetuitatem compromittunt, dummodo Hujus declinent Jmperium.

Quid enim de acerba uva? nisi stupor: quid de malo speraveris, cujus suocum tot virulentis expertus es deliciis? sed in alium declinandi nulla facultas: omnium Lechitarum in Romano fixa sententia! omnibus itaque Ruthenorum Primis ac Precipuis omnino renitentibus, Romanus Princeps Galiciae per Ducem Lesconem instituitur.

Quod benficii, qua tandem gratiarum devotione Polonis rependere studuit, suo loco docebitur, nam formam fidelitatis erga omnes pari coluit perfidia! in suos maxime crudelis ac truculentus.

Vix enim Dux Lesco pedem cum suis dimoverat, cum Galliciensium Satrapas et Eubagionum florentissimos incautos occupat ac trucidat: quosdam terrae vivos infodit: quosdam membratim discerpit: alios excoriat: multos quasi signum ad sagittam figit: nonnullos prius exenterat quam inte-

rimit: omne supplicii genus in Suis
varior. d. experitur, grassantior Civibus hostis factus est quam hostibus: nam quos palam apprehendere non potuit (pene cunctis ad alias Provincias metu dispersis) donis, blandimentis, et quibus plurimum viguit ingeniis revocat, amplectitur, honorat, sublimat: mox quibusdam insimulando figmentis immeritos precipitat, precipitatos tormentis jubet inexcogitatis interire, o.?
sive ut fortunas interemptorum eripiat, sive ut finitimis terrorem incutiat, sive ut Potentioribus de medio sublatis securius imperet. Unde solempne Jlli erat quasi proverbium „melle securius uti apum non posse, nisi „penitus oppresso non rarefacto exa„mine: nec sapere species nisi creber„rime pilo concussas„ aliorum ergo adversitate prosperatus, brevi crevit in immensum, ut omnibus pene Russiae Provinciis ac Principibus, potentissime imperaret.

Sed nescio quid sibi velit Senum ambitio? quorum aetas quanto declivius in se urget, tanto celsius per ambitum supra se attollitur, quanto gra-

Digitized by Google

vius mole premitur decrepita, tanto levius ambitiosae pennis levitatis rapitur trans aera: nam cum omnia pene monstra vitiorum senex in se domuerit, cum omnibus pene dominetur, duo Illi dominantur, scilicet ambitio et cupiditas: unde quidam sapientum: nescio quid sibi vult senilis parcitas quia quo minus restat viae, plus queritur viatici.

Sive ergo his duabus instimulatus causis, seu justae persuasus ductu rationis, Principatum repetere Mesco Senex instituit, quod quia viribus assequi nequit, viris ac robore impar, industriae beneficio rem aggredi meditatur: sepe namque omnibus majores viribus, vires habet industria: Jdeoque Majorum prius animos quadam benignitate pertemptat, ad suum consûadet propositum: Sed quia omnes, amor adolescentium adeo, demulserat, ut omnium animi ex matris Jpsorum animo pendere, viderentur, Jpsam sepenumero tum scripto, tum nuntiis, nonnunquam munerum importunitate solicitat, ait „ non Princi-

Digitized by Google

„ pandi capi gloria, sed pro Regni
„ tranquillitate, immo pro Ipsa, ac
„ Filiorum Ejus tranquilliore statu
„ se esse sollicitum, nec aliud se ad-
„ praesens optare, quam ut sese su-
„ perstite, omnium discordiarum fo-
„ mite prorsus extincto, nullum in
„ posterum quavis occasione oriatur
„ incentivum: quod (astruit) aliter
„ fieri non posse, quam hoc pacto:

„ Cedat mihi Filius Tuus Princi-
„ patu, quem ego in filium adoptem,
„ Eique consequenter Militiae cin-
„ gulo a me insignito, eundem resti-
„ tuam, Ipsumque Heredem legitima
„ solemnitate instituam, ut Cracovi-
„ ensis dignitas, imo totius Poloniae
„ Principatus in Tua stirpe perpetua
„ successione solidetur: quia momen-
„ taneum esse nequit, quod Princeps
„ constituit, quod Principali autho-
„ ritate roboratur: nihilque momenti
„ habere quod vulgi strepitu concla-
„ matur, a quibus, quod summa vix
„ difficultate construitur, facillime
„ dissolvitur: vix enim populi ad ho-
„ nesta contrahitur consensus, qui
„ tanto est ad seditionum tumultus

Digitized by Google

„ proclivior, quanto numerosior,
„ presestim cum pene semper sit ve-
„ nalis favor popularis: quibus tam-
„ diu placebis, quam diu utilis eris;
„ tamdiu imperabis, quamdiu supplí-
„ cabis: nec enim est perpetuus nec
„ salubris liquor qui de humilibus ca-
„ rectis ac palustribus eliquatur: quin
„ etiam rudis brutorum natura, ma-
„ gis naturalem fontium sitit purita-
„ tem. Excute igitur non Coronam sed
„ luteam testam, ridiculum Capitis
„ gestamen arte figulorum et compo-
„ situm et impositum! aureum decet
„ Principes Diadema non fictile, ma-
„ xime quod natura suo fabrefecit be-
„ neficio, quod Tuis et in praesens et
„ in posterum Liberis, nostrae de-
„ crevit dulcedinis liberalitas.„

Et quoniam credula est mulierum facilitas, et cerea virgultorum inflexio, his inebriata Mater et Filii, cedendum esse censent ad tempus Principatum „ tutiusque Patris loco fore Pa-
„ truum venerari, quam hostem per-
„ petuo sustinere: satius esse Patrui
„ regnare munere, quam ex vulgi

Digitized by Google

„ semper pendere arbitrio „ Jusjurandum proponitur in medio: jurat Senex, jurant utriusque partis Proceres „ intemeratissime tenendam „ presoripti pacti formam, quam qui „ temerare tentaverit, vel consuluerit „ seu quovis modo consenserit, per „ Metropolitanum et omnes hujus „ Provinciae Pontifices anathemate „ innodetur.„

Jtaque Mesco solempnibus Dignitatis non sine solempnitate potitur, cujus desidio non Pacti nec Jurisjurandi visus est meminisse. Si quando tamen ratione persuasus, vel nepotis mansuetudine devictus meminit; aut formam Pacti ubi potest dissimulat, aut ubi dissimulare nequit, ejus defectum procrastinando frustratur. Rogat Dux Lesco Militiae pertinenciis insigniri? rogat, instat ratam fore Patrui sponsionem? et se Cracoviae Haeredem in solidum institui? qui respondit „ Pactis privatis Jus Publicum „ convelli nos posse, convellitur au„ tem si Reipublicae conditio fit de„ terior: quod fieri quis dubitet, si

Digitized by Google

„ Regni regimen adolescentis impe-
„ ritiae committitur? decentius enim
„ adolescentia obsequitur quam im-
„ perat, quia utilius paxillo palmes
„ astringitur, quam liber luxuriari
„ permittitur: explorati enim Juris
„ est: *Non esse Pacta nec gratuita*,
„ *invitum autem putari qui consen-*
„ *sisse non probatur*: qua ratione er-
„ go gratuitum quis judicet, quod
„ periculo est extortum preliorum?
„ aut quis consensus est ense jugulo
„ imminente: qui ergo tenet teneat,
„ donec de medio fiat. „

Breviuscula tamen quiete gaudet avaritia Ipsum expulsante, quam Senibus maxime predominari diximus: quia enim opibus et facultatibus aliorum inhiare ac insidiari cepit, ut eas quocunque sibi colore applicaret, impatientia civium Cracovia expellitur, et Dux Lestco recipitur. Sic ergo tam Juris jurandi quam pacti contempti poenam, quadam depressionis confusione dependit.

Jlle tamen non immemor, suae artis expertae rursus opere nititur:

Digitized by Google

ad matrem adolescentum ejusdem ingenii passibus recurrit, Ejusque consilium, ac auxilium et explorat et implorat, prius tamen perfidiae suspicionem extenuat et amovet, ait „ Pa- „ ctum a se summa religione custo- „ ditum, sed ab aemulis impeditum „ se fuisse ac preventum, nec sua „ fuisse responsa quae sua dicun- „ tur, sed eorundem invidia aemulo- „ rum conficta. Nunc ergo Vester „ duntaxat non desit fauor, fides non „ deerit a me pollicitis. Non modo „ Cracoviam a Vobis perpetuo heredi- „ tandam protestor, et conscribo; sed „ etiam Cujaviensem restituo Provin- „ ciam (occupaverat enim illam Idem „ Senex quamvis ad se minime per- „ tineret) unum inquit, unum peto, „ ut hostis omnium, communis om- „ nibus, exilio proscribatur, ne de „ Principibus a modo faciat ludibria, „ quando vult Principes creans, quan- „ do vult et precipitans. „

Hoc autem de Comite significabat Nicolao, quem noverat eidem Feminae tunc temporis exosum, quamvis alias utpote Virum discretum ac strenuum,

Digitized by Google

per omnia et omnium Amicissimum non modicum dilexerat. Invidorum tamen fabricante dolo causas odii, contra illum conflat, et quasi veras atrocissime cum Illo persequitur: ideoque ad vota Senis omnium consensum inclinat ut Vir innocens exilii perpetuitate damnetur. Rursus igitur hac ratione paciscuntur „ ut Cujaviam in „ instanti restituat: in Cracovia in „ finem vitae regnet: Duce tamen „ Lestcone ex Illius institutione succ„ cessuro.„

Sciens autem Nicolaus exilii sibi imminere periculum, gratiam sepe ac sepius Duois Lestconis ac Matris Ejus multis modis pertemptat; qua humilime quesita nec inventa, non sine dolore cum plurima amicissimorum societate ad senem transmigrat: quorum accessione Senex alacrior Cracoviae Principatum ingreditur: Qui eandem Fidei religionem posteriori exhibuit Pacto quam et primo: nam nec haeredem instituit Lestconem Cracoviae, nec ut spoponderat Cujaviam restituere curavit: immo quaedam Ne-

Digitized by Google

potum Castra, scilicet Visliciam et alia tria occupavit „ asserens illa Cracovi- „ ensis esse Provinciae, nec debuisse „ se a Capite membra rescindi„ quae magnis Majorum consiliis ac studiis, vix tandem sunt reparata et Cujavia restituta.

Sic Mesco Senex Cracovia potitur: brevi tamen in Pace factus est locus Ejus, et in Syon utinam habitatio Ejus!

Cracoviensium autem Primi, legatos ad Ducem Lestconem mittunt et fidelissima Jlli obsequia et Principatum offerunt: sed quiddam inerat fermenti, quod totam massam corrumpit. Erat enim Vir quidam Prosapia generosus, moribus insignis, consiliis strenuus, omni virtutum venustate conspicuus Govoricius nomine, qui tunc apud Ducem Lestconem Palatina fungebatur Dignitate, immo dignitatum omnium cardo ipsius vertebatur consilio. Inter Hunc et Comitem Nicolaum nescio quod infortunium inexorabiles conjecit discordias, susurrorum forsitan ingenio fabricatas (quorum studium est virtutibus invi-

Digitized by Google

dere, ac frumento tristia superseminare Zirania) Non aliter ergo Nicolaus suum spondet obsequium, nec super Principatu in Ducem Lestconem conferendo suum accomodat assensum, nisi comitem Govoricium a se repellat et expellat„ ait enim nec fidelitati nec „ obsequiis locum esse inter discor„ dias, omnemque Rempublicam tran„ quillitate gaudere quam rixis. „

Hesitat Dux Lestco, hesitant et sui: quid eligant ignorant. Cracovia careant? an Virum tam utilem, Virum immeritum expulsent? sed primum damnosum, secundum criminosum! Qui„ bus„ indignum est, inquit Comes Govericius, in re tam perspicua vestram „ pendere discretionem! nam Quis „ ambigit, multorum commoda mo„ dicillo mercari dispendio? quis ne„ sciat cujuslibet Persona potius ca„ rendum esse quam Universitate? „ quis ignorat minus malum eligen„ dum? maxime cum Publica utilitas „ preferenda sit privatae: quomodo „ ergo vitam obiectabit pro Amico, „ qui exilium horret pro Domino? nec

Digitized by Google

„ exilium dixerim, quando quis licet
„ exul nec amicos deserit nec ab ami-
„ cis deseritur. Felix exulatus quem
„ prosequitur gratia non odium pense-
„ quitur! Cum quondam (fabulosum
„ quidem videtur quod concepi, sed
„ conceptum quis teneat sermonem?
„ quasi granum in palea) tam volucrum
„ quam quadrupedum Gripho Rex di-
„ citur, cujus animositatem horrentes
„ volucres, in ramilibus cujusdam ili-
„ cis latitabant: unde Gripho aviditate
„ forsan predae, vel indignatione ani-
„ mosior, ramis ejusdem arboris ite-
„ rum et iterum quodam impetu im-
„ pigit, credens vel arborem ictibus
„ prosternere, vel ramalia concru-
„ stare: suo magis quam ilicis perí-
„ culo, ala enim in feriendo enoda-
„ ta humi non sine dolore provolvitur,
„ seroque in se didicit, quid impe-
„ tus in alium persuadeat. Cumque
„ remedium vulneribus querit, adest
„ vulpecula, pedetentim accedit: ad-
„ quam Jlle — Nosti Filia dolorum fo-
„ mentativa? quae respondit — quid
„ artis magistra non noverit! at Jlle —
„ da operam, Socia eris in Regno;

Digitized by Google

„ tunc Illa — Si medicantis operam „ expectas: opus est ut vulnus detegas: qui ait — alam enodavi: et „ Illa inequalitas alarum est in causa cur volare non possis: descendat „ ala superior ad statum enodatae, „ quae ad superiorem facile reduci „ non potest, redditaque mox equalitate alarum, reddeturque volandi „ facultas. — Approbo inquit Ille, quia „ probabilitate nititur quod asseris. Jubet ergo vulpecula ut alarum quae illesa est, inter duas arbores usque ad astellam infigat, et summo conatu in anteriorem partem toto corpore prosilire, ala deinter arbores non mota — „Audacter age! ne trepida! salus „ Tua in manu Tua!„ Credit Ille, utque jussus est cum impetu sese anterius jacit, et alam non eruit sed minutatim confringit. Sic utraque carens fame contabescit, et a Vulpibus et reptilibus corroditur.

Ad haec Dux Lesteo „Tu hanc „ ita proponis parabolam quasi mei „ sit animi quocunque pacto votum „ ambitionis explere: sed omne absit

Digitized by Google

„ a Principe negotiationum genus! in-
„ honesta procul absint honestorum
„ commertia! quid enim offerunt qui
„ hominis innocentissimi precium
„ querunt? cum luctuosi plena sit
„ eventus dignitatum venalitas: et li-
„ beri Capitis nulla sit estimatio. Ali-
„ um ergo quam Ducem Lestconem
„ querant Cracovienses, qui condi-
„ tionibus Jpsorum conveniat.„

Quo intellecto quasi de nullo adhuc eligendo habuissent tractatum ad Mesconidem Vladislaum transmittunt, asserunt „ fidelitatem Patri promissam „ Filio se debere ac dependere, nec „ multum distare, (quod ad hunc articulum attinet) Personam Filii a „ Persona Patris: ideoque in Jpso „ electioni locum non esse, quem ad „ Paternam vocat successionem Juris „ ratio et exigit.„ Quibus adprime regratians Vladislaus „ gratiora sibi „ ait tantae fidelitatis obsequia, ipso „ Principatu: sola enim Fides est „ quae claudit et aperit, propagat „ et arctat, firmat et conservat im-
„ peria: sola non solum Regna sed
„ et ipsos Reges non minus regere

Digitized by Google

„ quam regi decet: haec sola est lu-
„ cerna in obscuro, radius in sereno
„ tranquillitas in turbine, securitas in
„ tranquillo: haec est Regalium fun-
„ damentum, Regii Capitis diadema,
„ diadomatis omnium gemmarum gem-
„ ma, omnium prestantissimorum pre-
„ stantissima, omnium insignium per-
„ insigne! hac extincta omnis amici-
„ tia, societas omnis, omne fedus,
„ omnis obsequela, omnis gratia,
„ omne denique ommnium virtutum
„ et decus et robur languet et expirat.
„ Sine fide vivit quisquis est nullus
„ est, quia Justus ex fide vivit. Quae
„ hodie quanto est rarior, tanto gra-
„ tiosior. Vestrae Fidei itaque con-
„ stantiam, super omnia gratansissime
„ amplector, paucis presentiarum re-
„ gratior, totis gratiarum viribus re-
„ gratiaturus in posterum. „

„ Sed magnis in rebus non parvis
„ innitendum consiliis? satius enim
„ velo tranquilliore navigatur, si se-
„ ditionum aut invidiae deolinantur
„ naufragia, quorum fluctus et pro-
„ cellae subito surgunt de subita re-

Digitized by Google

„ rum novitate. Maximeque eos nasci
„ solent ex indeliberatis et inprocura-
„ tis maximorum eventibus. Et qui-
„ dem, rem aggredimur arduam, ar-
„ duis egentem tam virium quam con-
„ siliorum amminiculis: equum autem
„ est consortem fore consilii, quem
„ oneris vis habere participem. Si ergo
„ placet? immo, quia placere omni-
„ bus debet, Fratri nostro Duci Lest-
„ coni nostrum pandatur propositum,
„ quatenus non sine effectu nostra la-
„ boret intentio: Jpse namquae solus
„ impedimento esse potest et profectui;
„ nam Frater junior Dux Masoviensis
„ Conradus, Fratris per omnia sequi-
„ tur arbitrium. Sed et Vladislaidas
„ ejus nutum sequi non ambigo; quo-
„ rundam enim etsi magnum non sit
„ habere favorem, operosum tamen
„ est non habere invidiam.„

Proinde per Legatos ordine rem exponit, et hanc dirigit Epistolam: „ Plusquam animae suae Fratri dilecto „ Duci Lestconi Dux Vladislaus! Cum „ salute vitae universum status ra- „ tionis non patitur sane statum a se

mentis

Digitized by Google

„ mentis dissidere vel in semet corri-
„ xari: quippe

Quae mens quae ratio dissidet ipsa sibi.

„ dissidentiam enim vix admittit iden-
„ titas animorum. Porro idem in No-
„ bis ejusdem naturae individuum et
„ naturam confabricat, et perpetuitas
„ dilectionis concatenat, quae res pa-
„ rem in nobis gignit voluntatem,
„ consonum in omnibus consensum.„

„ Et quoniam Cracoviensem Vos
„ respuisse Principatum certo cer-
„ tius agnovimus, omnium in nos
„ vota super eo noveritis concurrere:
„ quod propositum tanto fidentius in-
„ gredimur, quanto minus de vestra
„ dulcedine dubitamus, non ut illo
„ perpetuo potiamur, sed ut promp-
„ tior (cum vestro insederit arbitrio)
„ ad illum vobis per nos paretur fa-
„ cultas. Hoc igitur in facto non est
„ nostra promotio, sed Vestri pro-
„ ventus honoris. Alioquin negligе-
„ re cum possis augeri, non aliud
„ est quam minui. „

Digitized by Google

Mente hujus intellecta Epistolae ac tenore, quidquid studii vel in Se vèl in Suis Dux Lestco habere visus est, Fraternis desideriis accomodat; contra Pontificum, contra Primatum ac Prudentum consilia: cernebant enim et gemebant successionem Filiorum Ducis Kazimiri in illa ulterius Dignitate, hoc ex facto exspirare, ipsumque contra suum commodum laborare. Unde Frater Ejus Dux Conradus, vix tandem quasi coactus, eorum voluntati superficietenus visus est accedere.

Itaque sub totius Poloniae conspectu, Principum, Satraparum, consensu omnium (a caligato Milite usque ad supremum) Princeps Cracoviae Dux Vladislaus constituitur. Qui tam accessibilem, tam favorabilem, tam benignum, tam dulcem et suavem (Prudentiae ideo, ne aliorum crederetur defectus contemnere, immo ne de propriis videretur arrogantior virtutibus) sese offerebat, cunctis affabilitate prestabilem. *Jako Bóg day!*

Digitized by Google

INDEX

Vocabulorum in Historia Vincentiana obviorum, intellectu difficiliorum, cum interpretatione eorundem ex ejus Commentariis et Lexicographis apposita.

Abacista. *Idest numerator ab abac vel abacus; scilicet Tabula in qua Philosophi figuras in pulvere supposito exarabant:* alio *nomine dicitur Pinax.* Com:

Si vacat algoristas consule sive Abacistas P. I. p. 239.

Abigeus *ab abigo abigis; fur jumentorum vel pecudum.* Cath. *unde* abigeatus.

Rursus Pomeranorum abigeis confinio Poloniae predam ac manubia agentibus. P. I. p. 129. et 173.

Nota. Com: significat Commentarium in Codice MS. Bibliothecae S. Crucis Congregationis Missionis Varsaviae.

Cath: Joannis de Janua: Summa quae Catholicon audit.

Lex: Calepini Lexicon.

P. Pars operis p. pagina: numerus literam p sequens; paginam (loci citati) in presenti editione.

Digitized by Google

Abigeatus conviceris P. II. p. 8.

Aborigenes; *Rusticanus agrestis ignobilis.* Lex: Item *componitur ex ab et origine; et sunt frutices superflui, vitiose in arboribus vel campis orti.* Com:

Non enim Plebei Aborigenes. P. I. p. 7. Aut Pastores aboriginum. P. I. p. 83

Accidere; *Componitur ex ad et cado.* Lex.

Majorque numerositas proprio mole impetu accidit. P. II. p. 301.

Acciri; accitare *convocare.* Lex.

Clam Filiis accitis. P. I. p. 18. —

Jubet acciri. P. I. p. 63. —

Laodaridam clam accit. P. I. p. 258.

Acies, *Exercitus, eo quod armatus erat ad bellum acutis armis,* Cath.

Acies numerosissimas eminere suspectantur. P. I. pag. 35.

Confertissimas itaque penetrant acies. P. I. p. 101

Adortatio; *componitur ex ad, et os, oris.* Cath.

Vicaria poculorum adortatione. P. I. p. 65.

Qui bibiturus erat, ori Regis poculum applicare jubebatur. P. I. p. 68.

Ala; *Triginta millia equitum:* Turma *triginta millia peditum.* Com.

Alas exercituum expandit. P. I. p. 34.

Altrinsecus; *utrinque.*

Cum ex insidiis altrinsecus. P. I. p. 300.

Ambitio; *sumitur in bonam vel malam partem.*

Caelestis ambitio. P. I. p. 22.

tristis ambitio. P. I. p. 21.

Amicus; *aliquando ponitur pro amitinus ex Fratre vel Sorore Patris vel Matris genitus.*

Amicos quasi consolandi gratia jubet acciri. P. I. p. 62.

Digitized by Google

Patruorum precipuos, amicissimorum intimos. P. I. p. 62.
Qui amicum, qui Nepotem, qui Regem sapelire intenderant. P. I. p. 69.
ANCILLARI *ministrari vel servire*: Cath.
Ancillari; libertas jussa est servituti. P. I. p. 16
Indignum est ingenuitatem ancillari. P. II. p. 18.
Sibi nos ancillari jubet. P. II. p. 27.
APLANON; aplanes *Sphera Stellifera quae dicitur Coelum*. Lex: Aplanon axetero P. II. p. 85.
APOCRYPHARIUS; *id est Secretarius Consiliarius*. Cath.
Considerat Apocryphárius. P. II. p. 8.
ARHCITRICLINARI. *Ut autem gustavit Architriclinus aquam vinum factum . . . vocat sponsum architriclinus (Joan: Cap:. II. v. 9.*
Quos denique Paranymphos architriclinari studuit P. I. p. 168
ALCHITRITHELMIUS; *Princeps vel Preses Trithelmii* Com: vide Trithelmium P. I. p. 168.
ARGIRASPIDAE *milites Alexandri M. habentes ideargentata arma: argenteus enim color interpretatur Argirus*. Com:
quibus argiraspidae visis. P. I. p. 344.
ARGUMENTUM; *sumitur interdum pro conjectura*. Lex.
Scuto e muris exerto evidens opportunitatis argumentum suppetebant. P. I. p. 285.
Argumentum imbecillitatis femineae. P. I. p. 10.
Multisque argumentis detectam. P. I. p. 69.
Superest argumento loci appellatio. P. I. p. 245.
Gratiae argumentum exhibet. P. I. p. 126.
ARS; Artificium *Scientia*; Lex.
Quae per artificium juris Civilis est introducta P. I. p. 85.
Artificii arte. P. I. p. 34.

Digitized by Google

Ars artificium *Fraus, dolus.* Lex.
Quam necis artificem arte perire sua. P. I. p. 21.
Si latet ars prodest, confert deprehensa pudorem. P. I. p. 48.
Sed dolus arsque doli vincitur arte dolo. P. I. pag. 45.
Plus arte quam viribus. P. II. p. 88.
Quidam vi quidam arte. P. II. p.
Artifex; ingenii artifex. P. I. p. 35. 39. 44.
Assecretus; *nomen officii quasi assistens a secretis.* Com.
quendam assecretum circumvenit. P. I. p. 109.
Assis; *assis constabat ex unciis: uncias ex minutis.*
Ad extremam assis exoneratur unciolam; imo ad extremum unciolae minutam. P. II. p. 10.
Asturco *id est Equus.*
Donec ejus asturco procubuit. P. I. p. 174.
Phaleratissimis Asturcionibus insidere. P. I. p. 116.
Atramentarium; *id est scriptorium, pluteum, plumarium,* (Et atramentarium scriptoris ad renes Ejus. Ezahiel IX) Cath:
Atramentarium gestans. P. I. p. 303.
Atriminum; *artemisia herba fructuosa.* Lex
Atterimur? atriminum est haec natura. P. I. p. 272.
Axis; *Axes, tabulae sectiles quas a Grecis axones upellantur; cujusmodi Athenis quas leges Solonis habebant insculptas.* Lex.
Mihi scriptori Calamo fragili, axi Arundineo. *Author in Praefatione.*
Aplanon axe tero scribens. P. II. p. 83.
diro cujus axe teror. P. II. p. 95.

Digitized by Google

Barbarus; *crudelis incultus austerus*: Barbari, *illiterati, malis moribus, feri crudeles*. Com
alia per strages Barbarorum penetrans. P. I. pag. 24.

Bastarni; *Populus Sarmatiae ad Borithenem*.
Quia enim Daci prius cum Polonis, deinde cum Bastarnis (*) male pugnaverant P. I. p. 12.

Beatus; *cui omnia suppetunt ad votum*. Cath.
Par beatissimis P. II. p. 2.

Bemmani; *alias Boemani Boemi*
Quidam Bemanorum (**) Tirannus: P.I. p. 24.

Bipennis; *est dolabra, habens quasi duas pennas videlicet duo labra*. Com
exceptis Sagitariis, balistis, bipennatibus, spatariis. P. I. p. 112.

Bonba; *est torques damnatorum, quasi jugum in bove, et dicitur bos*. Com
Velut quodam boneae signum. P. I. p. 99.
Donec avitarum limites bonearum. P. I. p. 125

Botrys; *herbae genus, alio nomine Artemisia, vel Ambrosia*. Lex
nisi prosit botros palmites maturitate decerpi P. I. p. 142.

Bravium. *Praemium cursus, Laurea, Palma, munus*. Com.
Cursus bravio potiretur P. I. p. 45.

(*) (quoniam hic populus longe a Dacia sive Danomalchia distat, videtur hic esse sermo de alio Populo viciniori Danomalchiae: exempli gratia de *Balthanis*, dictis ab insula Balthia in mari Germanico sita, quae etiam mari Balthico nomen dedit: vel de *Batavis*, unde Batavia, Germaniae Provincia, quae nunc Hollandia appellatur).

(**) (in aliis Codicibus M.S. dicuntur Lemmani).

Digitized by Google

Bulgaria; *Regio inter* Danubium *et Pontum Euxinum.*
Isthinc usque Bulgariam. P. I. p. 13
Cacoethes; *mala consuetudo scribendi* Lex:
(Cacoethes et egro in corde senescit. Juven.)
Non enim ea me scribendi cachetes exagitat. *Praef. Auth.*
Cachinnus; *risus* Com.
Calcipar; *est vas fictile, per quem aqua absorbetur.* Com.
Idem virtutis calcipario videtur inesse P.I.p. 68
Capulare; *scindere, secare,* Com:
Nonnulli capulati. P. II. p. 21
Carinthia; *in Confiniis Pannoniae inter Danubium et Sylvam Herciniam, vocabatur etiam Carnutum.*
Illic usque Carinthiam. P. I. p. 13
Unde a Carinthia rediens P. I. p. 15
Caranthes; *Urbs, creditur Cracovia.*
Urbe famosa Lechitarum quam Caranthas dicunt. P. I. p. 38 et 39
Cardus; *quasi carpus a carpo, dicitur hic cardus* Com.
Caries; *putredo, quod careat soliditate, id est proprie ligno.* Com.
Nec stipitis annosi caries. P. II. p: annositas carientis.
Castrum; *locus muris munitus.* Lex:
Castra; *multitudo militum.* Cath:
Castra; *loca in quibus milites tentoria fixerunt.* Lex:
Castra hostium irrumpunt. P. I. p: 102
Civium castra impegisti? P: I. p: 184
Caterva; *catervatim multipliciter vel gregatim: lingua Macedonica Phalanx: dicitur etiam Legio.* Cath:

Digitized by Google

Inter stratorum cathervas hostium obdormiscunt. P: I.p: 174

CAUSARI; *reprehendere, inculpari, conqueri.* Cath:
Fortunae causasur judicium P: II. p: 26

CAUTERIUM; *ferrum quo uruntur miseri et damnati.* Com:
Multis ob calumniam saepe impressum est in fronte cauterium. P: I. p. 21
Perfidiae cauterio frontibus impresso. Pars I. pag: 262

CAUTERIUM; *translate pro Servitute.*
Minor tamen erat obsequelae recognitio, quam ignominiae cauterium. P: I. p: 11
Servitutis cauterium. P: I. p: 249
Fraudati census non effugio cauterium.

CAUTIO; *est brevis recordationis authographum seu scriptum.* Com.
Tuis cautionibus adnotetur, — Compendio cautionis adnotavit — qui tam cautionandi cales industria. P: I. p: 303.

CENSUS: *Reditio annualis* Lex: *pro Tributum Questus.*
Regii census Questores. P. I. p: 30

CENSERI; *est etiam estimatis facultatibus in censum redigi.* Lex:
Polonos animi virtute, corporis duritia non opibus, estimes censeri. P: I. p: 32
Virtus enim venalitate censeri non potest Pars I. pag: 253

CENSURA; *a censeo existimo puto arbitror.* Lex.
Omnium de se exigens censuram. P. I. p. 93
absordius esse gratiam venalitate censeri. Pars I. p: 126.

CHAERE; *chere significat idem ac salve, ave, gaude.* Com.
Quis enim expedivit psittaco suum chere. P: I. p. 154

Digitized by Google

Civitas; a Civis: *Hominum multitudo societatis vinculo aduntata; nnn saxa sed habitatio, Urbs autem, ipsa menia vocant.* Cath.
Nec civibus gloriosus. P: I. p: 105
a civibus profligata P: I. p: 107
Seditionantur Cives. P: II. p: 110

Cohors; *multitudo Rusticorum, major continet quingentos, minor trecentos.* Cath:
modum contrahendi ordinandi et educendi cohortes eligunt. P: I. p. 772

Comeatus; *a comedere comesse* Lex.
Comeatibus instruit. P: II. p: 79

Comes; *Comites a comitando, Proceres aulae Romanae aut Imperatoris dicti. Postea cum ex eorum numero assumerentur qui ad Provincias regendas mittebantur, Comites Provinciae dicti.* Glossarium.
Sacri Comes Palatii Scarbimirus P: I. p: 174

Comes; *assectator vel assecla, qui aliquem comitatur.* Lex:
Solo comite armigero. P: I. p: 176

Comites; *comitatus idem quod Caetus, Cohors Caterva, Turba.* Lex:

Cominus; *Eminus ad longe cominus ad prope prospectat.* Com.

Commercium; *a mercor, mercatura.*
Nec Regibus convenire institoria taxare commercia. P: I. p. 177.

Commercium; *a mereor merces meredis.*
Ne commercium quesivisse videretur non virtutem P: I. p. 253

Commercium; *accipitur pro usu et consuetudine*
Nullum Tibi cum natura commercium. Pars I. pag 119

Digitized by Google

Qui cum paupertate noverit habere commercium. P. I. p. 83.

Compendium; *quaevis brevitas dicitur.* Lex.
ut propositi cursus itineris debito carpatur compendio. P. I. p: 73
Hic fidelissime compendio cautionis annotabat. P. I. p. 303
exploratissimum reperisse compendium. Pars I. pag. 300.

Compendium; *utilitas lucrum; et e contrario dispendium, quod vel incuria vel immoderatione profundimus aut perdimus.* Lex.
Multoque honestius esse mortis compendium, quam confragosae vitae dispendia. Pars I. pag. 269

Complodo; *componitur ex con et plaudo, unde complosio, idest manuum concussio.* Com.

Concio: *idest convocatio:* Com. *a con et cio, cis cire*
Omnes in Contionem vocat. P. I. p. 15
In Concionem procedunt. P: I. p: 116
Tota movetur et constrepit concio. P: I. p. 117
In Concionem profectus. P. I. p: 193

Conducere; *conducit Principem tradens prebensque Ducatum* Com.

Confiteri; *a conficio conficere finire.* Cath.
Se esse solvendo confiteri P. II. p. 10.

Consanguineus; *de eadem Tribu natus.* Com. vide Contribulus.

Consistorium; *a consisto: vestibulum, Porticus.* Cath.
Presidis consistorio eminus asistere jubet. Pars II. pag. 11.
Consistorio presentatur. P. II. p. 15

Constitutio; *a consto: constare permanenter.* Lex.
Nostrarum constitutionum infantiam. P. I. p: 8

Digitized by Google

Consumare ; *perficere ad effectum ducere.* Cath.
De hujus Reipublicae origine, progressu et consumatione P. I. p: 1
Quam urbis consumatione clauderetur. P. I. p. 23
Conticinium; *secunda pars noctis: dicitur a conticeo quod tunc omnia silent.* Com.
Circa ejusdem noctis conticinium. P. I. p: 69
Contingens *contiguus a Contigo : est vicinus sine interpositione.* Cath.
Astupebant Illi contingentes Provinciae. P. II. p: 1
Contingentia quaeque occupant. P. I. p. 299
de hac et Contiguis triumphavimus. P. I. p: 38
Continuum; *quod est sine intervallo, et opponitur intermisso.* Lex.
Non interpolata Regni successione continuus. P. II. p. 1
Contribulus; *vide Consanguineus*
Deinde Contribulibus deliberatum insuadet consilium. P. I. p. 155
Cracovia; *Provincia sive Terra Cracoviensis.*
Regina Provinciarum ! P. II. p. 18
Ut penes majorem natu et Cracoviensis Provinciae Principatus, et authoritas resideret Principandi. P. I. p. 176
Accessit ad haec, imo super haec, tantae Celsitudinis apex! summa Regum exequans Fastigia! (*idest Principatus Cracoviensis*) Pars II. p. 4
Crepundium; *cunabulum, a crepo idest sono dictum.* Com.
Inter ipsa crepundia. P. I. p: 108
ab ipsius pene infantiae crepundiis. P. I. p: 75
Cunctus; *idest Universus, vel collecta in unum universa multitudo.* Cath.

Digitized by Google

Cujus odor omnibus est notissimus, cunctis tamen incognitus; omnibus domesticus cunctis peregrinus. P. II. p. 20

Curiositas; *a cura, solicitudo anxietas.* Lex:
Ab Alcibiadis curiositate secura P. I. p. 2

Cuspidarii; *Cuspis acuta pars gladii, hastae; Clavi et hujusmodi.* Lex.
Exercitus cuspidariorum. P. I. p. 112.

Dacia; *Polonia habet ab occidente Daciam et Saxoniam collaterales.* Martinus Gallus. *Germaniam a Dacia et Sarmatia montes Sarmatici dividunt.* Tacit.
Nec non Dacorum ac Ruthenorum suffragia. P. I. p. 122.
Quia enim Daci cum Polonis male pugnaverunt. P. I. p. 11

Dapsilitas *pro liberalitate.*
Rem tamen exilem larga crescere facit dapsilitas. P. I. p. 76.
Semine dapsilitas largo fluit aurea famae. Pars I. pag. 123.

Decusatus *pro decoratus, ornatus.*
Regiis decusatus insigniis. P. I. p. 52.
Principali decusatum ornatu. P. I. p. 253.

Deductus; *a deductio, animi delectatio.* Glossar.
Ac Principis deductum temerarie vendicasti. P. II. p. 6.
Cum his blandum scis deductum. P. II. p. 94.

Delectus; *a deligo.* Lex *vide Electi.*
Tres delectorum turmas. P. I. p. 169.
Proinde suorum delectorum assumpta manu Russiam ingreditur. P. I. p. 252.

Delicias; *a delico; oblectamenta quae nobis voluptati sunt.* Lex.

Digitized by Google

Lautissimis epularum excipiuntur deliciis. Pars I. pag. 65.
Tam plenae tam sapidae sunt Divitum deliciae. P. I. p. 98.
DELITIAE; *a delinquo, delictum.*
Novercales expertum delitias. P. I. p. 108.
Nosco meae sororis delitias. P. II. p. 27.
DELICIAE; *pro periculis.*
Post totiens enatatas Pelagi delitias. P. I. p. 4
Quantas habeat in se delicias. P. I. p. 22
Dultiores exilii angustias quam domesticas delitias P. I. p. 252
DEPENDERE; *a pendere, exolvere, reddere.* Cath.
Bene merentibus non dependere stipendia, Pars I. p. 50
Plurima militum depensa stipendia. P. II. p. 10
DESTITUERE; *interdum pro dissolvere.* Lex:
Regnum destituitur. P. I. p. 109.
DEVOTIO, *id est pietas in Deorum Cultu et rerum Divinarum Ceremoniis consistens.* Cath.
Religionis devotione insignis. P. I. p. 160.
Nostra prosternitur devotio. P. I. p. 146.
Nescio propria Professio an Paterna devotio enidam Caenebio conjecerat. P. I. p. 294.
DIGNATIO; *pro dignitate.* Lex.
Indignum est ut tanti Regis ad tam exiguos inclinetur dignatio. P. I. p. 129.
Dignatur vestrae discretionis dignatio. P. II. p. 124
DIGNUS; *qui aliquid meretur, laudem aut castigationem.* Lex:
Digno osculo dignari contempsit. P. I. p. 137.
Severiore dignos animadversione. P. I. p. 150
DILIGENTIA; *a diligo, dilectus.* Lex:
Purgatoriis vero virtutibus gratiae diligentia expolivit. P. II. p. 21.

Digitized by Google

Disciplina; *vel a discipulo, vel a displiceo.* Com.
Que Illi disciplinae fuerint studia. P. I. p. 185
Omnem hujus disciplinam omnium disciplinam fuisse. P. I. p. 108.
Non tam strenuitatis meminisse convenit quam disciplinae. P. I. p. 137
Disciplina; *accipitur pro bono vivendi modo in Republica.* Lex:
Nostri disciplina temporis non patitur, P. II. p. 8
Disciplina; *accipitur pro instituto* Lex:
Disciplinae jussione solutos P. II. p. 15
Discrectio; *a discerno.* Lex:
Virum discrectum. P. II. p. 134
Vestram pendere discretionem. P. II. p. 137
Discretus; *sumitur aliquando pro Titulo honorifico.*
Dignetur vestrae discretionis dignatio. P. II. p. 124
Vestrae Discretionis nares. P. I. p. 190
Dispendium; *aliquando idem est quod damnum vel detrimentum.* Lex:
Nullum in fortunis pateretur dispendium. Pars I. pag: 297
Aut cujuslibet mutilationis dispendium. Pars II. pag: 17
Dispensatio; *a dispendo dispendere, largiter donare expendere.* Cath:
Vectigales jubet dispensare Thesauros. P. I. p. 121
Pensa virginibus dispensabat. P. I. p. 72
Non satis aequabiliter pensa Reipublicae dispensabat. P. I. p. 153
Tuo munere dispensetur. P. I. p. 304
Districtus *a distrigo; severus asper austerus.* Cath.
Verendum nobis est districtioris Judicii examen districtius. P. II. p. 16
Distrinctio *a distringo; arcte stringo.* Lex:
Officiales truculentissimos non in copula distrinctionis circumducis. P. II. p. 15

Digitized by Google

Dolus; *sumitur in bonam et malam partem.*
Illa enim de dolo malo nata, ista de bono dolo profecta. P. I. p: 254
Egregius; *usurpatur aliquando ironice in malam partem: vide Eximius*
Egregiorum educatrix morum disciplina. Pars 1. pag. 187
Agnoscit Pater affectum egregii Filii. P. I. p. 158
Egregiorum adjutrix morum P. I p. 188
O quam egregii ad Principatum gradus! Pars II. pag: 33
Electi; *idem quod electi milites ad custodiam Principis: Protectores.* Cath.
Omnes electissimorum primae certatim ruunt acies. P. I. p. 300
Elegans; *dicitur valens excellens nobilis egregius decens pulcer bonus.* Cath.
Elegantia; *munditia cultus ornatus.* Lex:
Elegantia formae P. I. p. 24
De corporis aut animi elegantia. P. I. p. 186
Omnis fortunarum elegantia. P. II p: 2
Non inelegantes allegata. P. II. p. 103
Eminus. *ab eminere, vide Cominus*
Eminus persalutant revenientes. P. I p: 36
Qui eminus exclamat. P. I. p. 221
Eptadies vel Heptadis. *Septem dies, septimana*
Singulis Eptadiebus P. I. p. 17
Ergastulum; *componitur ex* ergon *et* stolon. *Carcer Rusticus, et locus damnationis.* Lex.
Carceris ergastulo mancipatur. P. I. p: 159
Eubaiones *vel Jubagiones; puto Juvenes, adolescentes, Vernaculi, Ephebi.*
Propter quod Eubaionum primus, Ille Comes Nicolaus. P. II. p. 106.

Tum

Digitized by Google

Tum Galliciensium Satrapas et Jubagiorum florentissimos. P. II. p: 127
Exactor; *ab exigere, qui pecunias publicas exigit.* Cath: *vide Pensiones, Vectigal.*
Sic cessavit exactor. P. I. p. 37
Exigis? exigebat enim. P. I. p.243
Omne exactionis genus sopitum. P. I. 118.
Examen; *Filum quo trutina et statera regitur,* Cath.
Conflat, excoquit, examinat. P. II. p. 27
Excidium; *ab* ex et scindo; *destructio, eversio.* Cath. *Vide Exterminium*
Municipium quod Santocensium imminebat excidio. P. I. p. 167
Regni comminantur excidium. P. I. p. 134
Excidium; *ab excedo excedere, exire*
In Paternum subordinatur excidium. P. I. p. 134
quod Regis conjuratum excidium. P. I: p: 139
Omnes in Fraternum grassari jubet excidium. P. I. p. 283
In Principis actionarent excidium. P. II.p: 17
Excipere; *aliquando idem est quod separare.* Lex: a turba non solum exceptus. P. I. p: 47
Execratio; *aliquando sumitur pro sacramenti genere, quo quis diras capiti suo imprecatur si perjuravisset.* Lex.
Juris jurandi execratione se invicem obstringunt. P. I. p. 133 et 171
Exequiae; *Funera, inferiae, busta.* Lex:
Si meas vobiscum concelebraverim exequias. Pars I. pag: 63
Hesternis exequiis sepelire vivum intenderint. P. I. p. 69
Exequialibus rite peractis. P. II. p. 100

Digitized by Google

EXERCITUS; *significat militum copias, seu manus.* Lex:
Alas exercituum expandit. P. I. p: 34
Totus populus nostri exercitus. P. II. p: 114
Cumque congregasset infinitos exercitus. Pars I. pag. 104

EXERCITATUS; *pro instructus.*
Cum paucis quidem sed armorum exercitatissimis. P. I. p. 284

EXIGONUS; *in quo sunt tres anguli, alias oxigonus ab* oxi *acutum, et* gonus *angulus.* Cath.
Omnem planitiem ferreis conserit exigonis. *Item* Clavi exigonum. P. I. p: 44

EXIMIUS; *sumitur etiam in malam partem ut egregius.*
Ille Regem eximius. P. I. p. 501

EXPONERE: *aliquando significat abjicere et, sorti ac fortunae committere.* Lex:
ut puerum exponat. P. I. p. 109

EXTERMINUM; *ab ex termino, extra terminos eijcio. expelli.* Lex. vide Excidium.
Quo namque pacto in Ejus exterminium consurgam. P. II. p. 33
Hujus namque restitutio nostrum est exterminium. P. II. p. 57
Ut illum a Regno exterminet. P. I. p. 181

EXTERMINIA; *a termihus termini; idest extra vel ultra terminos posita.* Lex.
Trans ultima Barbarorum exterminia. Pars II. pag. 70.

EXTORRES; *exules, quibus interdictus est ignis Patriae.* Com.
Alios truculentia feoerat extorres. P. I. p. 152

FACTIO; *proditio, quasi ficta actio* Com.
Itaque factionem contrahit. P. I. p. 165.

Digitized by Google
